**Pharmacopoeia Londinensis, : in qua medicamenta antiqua et noua vsitatissima, sedulò collecta, accuratissime examinata, quotidianâ experientia confirmata describuntur. Diligenter reuisa, denuo recusa, emendatior auctior. Opera Medicorum Collegij Londinensis. Ex serenissimi Regis mandato cum R.M. priuilegio.**

**Contributors**

Royal College of Physicians of London.
Elstracke, Renold, active 1590-1630

**Publication/Creation**

London : printed for Iohn Marriott and are to be sould at his shop in Fleetstreete, 1618.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/cj2wpqv2

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

PHARMA-
COPŒIA
—
LONDIN-
ENSIS

1618







66201/B

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PHARMACOPOEIAS,
London, RCP

66251/D

T5


יהוה
ΘΕΟΣ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ
HONI SOIT QUI MAL Y PENSE
Pharmacopœia Londinenſis,
IN QVA
MEDICAMENTA
ANTIQVA ET NOVA
vſitatiſſima, ſeduló collec-
ta, accuratiſſime examinata,
quotidiani experientia
confirmata deſcri-
buntur.
Diligenter reuiſa, denuo recuſa,
emendatior auctior.
Opera Medicorum Collegij
LONDINENSIS.
Ex Sereniſsimi REGIS mandato
Cum R. M. Priuilegio.
HIPPOCRATES COVS.
GALENVS PERGAM.
ΤΟΥΤΩΝ
ΦΑΡΜΑΚΑ ΘΕΟΥ ΧΕΙΡΕΣ
LONDON
Printed for Iohn Marriott and are
to be ſould at his ſhop in Fleetſtreete
1618
MESVE ARABS.
AVICENNA PRINCEPS

LONDON MEDICAL SOCIETY

SERENISSIMO

# PRINCIPI IACOBO MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIÆ, HIBERNIÆ, &c. REGI, Collegium Medicorum LONDINENSIVM

ὑγιαίνειν, ϗ εὐπράττειν.

NVMINIS cum hominibus commercium, facilemq; ad ſuperos aditum denotatura antiquitas; (licet ſub obſcura incertę noctis nebula titubans, non inſagaci tamen acumine) Deorum ſimulachra ſub humana ſpecie varijs inſignita titulis templis intulit: mutiſque ſtatuis diuinos decreuit honores, & aſsignauit ſacrificia quibus vel pacarentur, vel conciliarentur ſuperi, inferi, medioxymi. Principum plurimos cœlitibus aſsidere voluit, eorum memoriam venerata, & nihil minus quàm ſummum in ſublunaria impe-

rium attribuens illorum æternitati, quos vt potentiæ ſuæ vicarios dum vitali fruerentur aurâ Iupiter conſtituerat; ſic res in publicum bonum præclarè geſtæ, atque in ſubditos paternæ curæ iuncta liberalis comitas; dignos præſtiterant, qui Deorum immortalium ſocij haberentur. Nos qui reducto velo & diſcuſſâ caligine certiora nunc veri numinis beneficio figimus veſtigia, vt cœlum juſtis precibus peruium, & *D. O. M.* ad pia vota facilem experimur: ſic te Principem noſtrum, (REX SERENISSIME) Reipublicæ Chriſtianæ, Regnorum inprimis tuorum bono terris datum, erga pios proboſque omnes flexibilem ac benignum, in tuos tenero & plus quàm paterno affectu propenſum cernimus, agnoſcimus, atque omnibus obſequij, officiorum, ſeruitij ritibus, quos omnipotens Regibus hujuſce mundi Dijs aſsignauit, purè ſanctéq; colendum pronunciamus. Tam aptus natus es ad bona, ad juſta, ad auguſta, vt ab hac deflectere ſemita nec fas tibi ſit, nec ſi velles datum; tantus eſt naturæ tuę candor, quę virtutibus regijs ab incunabulis imbuta, nec nouo chromate tingi, nec veterem formam poteſt deponere! Sic Arcton aſpicit magnetico ſpiritu mobile redditum ferrum, & quantumvis detorqueas, ad punctum redit. Quid attulerit compendij toti Chriſtiano orbi inſigne illud pacis ſtudium, quo in mutuam perniciem ruentes principum potentiſsimorum animos blando amicitię glutine fœliciter ferruminaſti: Quid tuis populis ęquitas, quę in cęteris tui ſimilibus mediocris, in te ſumma, tanquam in ſuæ actiuitatis ſphæra, triumphat;

Quid

Quid veræ Eccleſiæ paſtoralis ille amor quo gregem Saluatoris proſequutus, ſchiſmata tollere citra ambitioſum faſtum quotidiè ſtudes, alij loquantur quorum penna nomen tuum poſteritati non fucato ſtylo tradere audacter ſatagit, materiæ vbertate diffluens, colorum quibus obumbrari ſi non deturpari ſolet memoria principum non indiga. Nos quibus MAIESTATI tuæ deuincti nodis viuamus, explicemus liberè, & viuenti Domino ea perſoluamus vota, quæ Ioui noſtro (juuans quippe tu nobis pater) debentur. Vniuerſalis ille recti bonique amor efficit, vt dum næuos Rempublicam fœdantes ſedulis perluſtras oculis, Regiam aciem in Medicinæ caſtra deflexeris. Quot abs te iſtic conſpectæ Lacunæ, quot hiatus? quot à via regia, quã veri Hygieias antiſtites calcant, aberrantia diuerticula monentibus primarijs noſtrum benigniter notare dignatus es? Exinde factum, vt eodem momento cum errorum notitiâ, tot defectuum reſarciendorum irrequieta cupido animum tuum inceſſerit. *In actione conſiſtit virtus*, quæ dum in motu eſt viget, ſitu obſita quiete elangueſcit: in te Domine motu indeſinenti, veluti primum mobile, ad ſe omnes animi tui facultates æternùm rapit. *Rectum norma eſt ſui & obliqui*: Propterea juſsiſti (REX OPTIME) vt ab ijs quos cæteris prælucere in Medicina facienda æquum eſt, ſumerentur faciendorum exordia. Collegium noſtrum Medicum ab *Henrico Octauo &c.* immunitatibus & priuilegijs donatum, tu Muſarum omnium parens authoritate cumulare voluiſti, nequid deeſſet ad ho-

noris culmen, né-ue relinqueretur lapis aliquis offendiculi. Ita poteſtate abs te conceſſa inſigniti Medicinæ proceres, in repurgando Augiæ ſtabulo, atque admittendis veris Aſclepiadis, eliminandis ijs qui Laruati ſaltem perſonam Medicorum induunt, toti ſunt. Immortales tibi ſint gratiæ (SERENISSIME PRINCEPS) quòd vel querelis noſtris, vel petitionibus, faciles quotidie aures accommodes, nec à nobis exoptatum quidquam hactenus, vndè ſchola noſtra paſſa ſit repulſam. Sui ſemper ſimilis virtus cubico ſitu mutationum neſcia ſubſiſtit. Hac freti fiducia dum tua capeſsimus juſſa, atque in replendis lacunis & reparando vallo verſamur, id Senatui noſtro viſum eſt, artifici cuique ad ſcitum perfectúmque opus producendum, neceſſaria eſſe idonea inſtrumenta, quæ vrgente neceſsitate ex penu, vt tela ex armamentario, depromantur. Siqua in re anceps fluctuatiò, ea certe in re medica eſt admodum periculoſa, in cuius praxi, quantum homini datum eſt, ſtatuenda ſunt certa remedia, quæ (*Deorum manus* à veteribus dicta) languentibus ægris tutò ab artis peritis adminiſtrentur. Quilibet Medicus in antiquorum ſcriptis vulgatas habet remediorum formulas; ſed eas abinuicem vt plurimùm diſcrepantes: ita vt in hac varietate tyronum mentes dubiæ (veluti in triuio) conſilij inopes conſiſtant, Pharmacopœiorum opera incertitudine parum fida (ipſis etiam inuitis) reddatur. Placuit itaq; Medicorum Collegio *Londinenſi* (cujus tu REX munificentiſsime tutelaris Deus es) tam antiqua quàm noua pharmaca neceſſaria in vnum conſarcinare

ſarcinare volumen, atque donum hoc leuidenſe tuis imponere aris; vel potiùs te non ſinente tantum, ſed etiam jubente, Auguſtæ Maieſtati tuæ offerre ſupellectilem, quâ ſubditorum tuorum corpora in poſterum à peſtifera morborum lue ſarta tectaque præſeruentur. Fœtus iſti gneſij, ſi propitiam exporrigas frontem, Solis tui perferent radios, qui ſpurios occæcare ſolent. Fac igitur, vt pro tibi innato more ſalutarem fauoris tui auram opus hoc ſentiat, cui (ſupplices petimus) vt liberum per regnorū tuorum limites indîcas & neceſſarium commeatum. Vt veritas vna eſt, ſic certa ſit eius notitia. Vitæ ſubditorum tuorum intereſt, vt Medici quid præſcripturi ſint, Pharmacopœi quid in vſum paratum habituri, compertum habeant. Vacillationis pœna non minoris quam ipſius vitæ jactura conſtat. Tu qui juris legumque fautor es, capitis tuorum tutor eſſe velis. Edicto cautum ſit, ne alia vtantur ij (quorum non minus fœliciter quam juſtè habenas regis) Pharmacopœiâ, quæ non *Londinenſis* ſolùm, ſed ex vſu (ſi placet) Anglica in poſterum indigitetur. Sic fiet, vt a tritico ſecernantur paleæ, & agyrtæ atque circulatores (quibus æquitas tua te reddit infenſiſsimum) à genuinis dignoſcantur. Sic tu Iupiter eris Liberator: Sic acceptam tibi feret ſanitatem tua Reſpublica; Sic denique dum ſummi inter humanas res boni Promotor & Conſeruator eris, ejus, cujus in terris locum obtines, imitatorem te prodes verū, & quamdiù durabit Vniuerſi machina, memoriæ hominum heroicæ tuæ virtutes obuerſabuntur, ſicut tui pars melior viuet, tandem aliquan-

do

do tradita, æternitati: Quod vt ſerò contingat, imò vt nulli noſtrùm id videre contingat; ſed vt diutiſsimè Mundo, patriæ, tuis, ſubditis, ſingulis noſtrum te incolumem ſeruet *D. O. M.* ex animo optant & precantur

*Maieſtatis tuæ*

Humillimi Clientes & fideliſſimi
Subditi *Socij Collegij Medicorum*
LONDINENSIS.

# Candido Lectori.

PLurimum te ſaluere iubet, quæ maximè ſaluum te facit Medicina; & quo meliùs adhuc ſaluti tuæ conſulat, nouam conſtruxit officinam pharmaceuticam, quam non inſtruxit modò locupletiſſimâ remediorum ſalubrium ſuppellectile, verùm & curam ſuſcepit, vt illa ſine fraude fideliùs, ſine errore tutiùs in ſalutem tuam componantur. Sed; opus inquis, quo non eſt opus. Cum præter veteres recentioresq́; plurimos vix aliqua ſit tranſmarina Ciuitas aut Academia, celebrior, quæ iſtam non abundè Spartam ornauerit. Verum id forſan. At cedò, ſi tot iſti veteribus non acquieuerint Meſue, Myrepſo, Alexandrino, & alijs; ſed ſuum voluerint ſinguli Antidotârium; Romani ſuum, ſuum Veneti, Florentini ſuum, ſuum Bergomenſes, Auguſtani ſuum, & quos tacemus reliqui; quidni & Londinenſes ſuum? velut veſtem propriam, cuius non tanta laus eſt, quòd ſit ſplendida, quam quòd propria, non tam ſi è biſſo ſit aut purpura, ſed ſi Anglis corporibus adaptata: præterea nos tantâ varietate non inſtrui, ſed diſtrahi magis contigit; iſta inopes nos Copia fecit; & morbus ille, cui modò occurrimus, totus eſt ex plenitudine. Quo vaſta magis eſt ſylua, plùreſque ſemitæ, facilius per invia, deuia dum vagantur, aberrant viatores. Quo mare ſpacioſius, eo magis eſt opus Cynoſurâ: quâ deſtituti diù apud nos Pharmacopœi varijs fluctibus iactari, & mille modis diſtrahi videbantur, dum vnus iſto, iſte alio medicandi tramite incederet, vnus ad Cordum, alius ad Fernelium, ad Auguſtanos alius, ad ſuum forſan alius ſpeculum ſe componeret; idemq́; remedium tot haberet Ideas, quot officinas: quod malum cum indies magis graſſaretur, non ſine ſummo tam Medicorum, quam ægrorum diſpendio, volumus hoc opuſculo; velut iactâ Anchorâ, ſic fluctuantem Pharmaceiam ſtabilire, eamque certis limitibus, & Cancellis coercere, dum vnam & vnicam componendi legem & methodum non docemus modò, ſed imponimus & imperamus, à qua non liceat, vel latum (vt aiunt) vnguem aberrare, vt vno velut filo ducti, tum Medici, tum Pharmacopæi, iſti in præſcribendo certiùs, hi in componendo rectiùs progrediantur & vnanimes conueniant.

Necnon alia adhuc grauior eſt peſtis, ad quam opus Antidotario; aliorum videlicet ſumma fraus & impoſtura, qui lucelli gratia, & ſordido aucupio fæces quaſdam viliſſimas, & ſpurciſſimas ſordes ſub Pharmacorum nomine & titulo venditant; imò quæ nobis

*bis in pretio ſunt maximo, Theriacam, Mithridatium, & Alkermes, aliaq; plurima adulterant; vt remedia non deueniant, ſed venena, nec in ſolatium ægris, ſed perniciem. Qui ſceleratiſſimi homicidæ, etſi flagello potius aut furcâ, quàm Cenſura hâc noſtrâ coerceri debuerint; erunt tamen forſan (pro more Anglo) ſaluandi beneficio* libelli, *& cũ ipſis miſelli ægri, quorum vitæ & ſanitati (iſto velut ſacro codice) conſuluimus. Fœlix conſilium & ſalutare; cuius tamen gloriam & laudem nobis ipſis non arripimus; ſed (vt fateamur quod res eſt) eius caput altius, eius diuinior origo;* A Ioue principiũ; *à noſtro inquam Auguſtiſſimo & (quod rarius) literatiſſimo, & (quod gratius) ſalutis publicæ vigilantiſſimo* REGE IACOBO, *qui vt pacem in orbe Chriſtiano, vnionem in orbe Britanno, conformitatem in orbe Eccleſiaſtico ſtuduit ſemper & feliciter ſtabiliuit; ità noſtrum Orbem Apollinarem ſphæramq́; medicam dignatus eſt luſtrare ſuo lumine, legesq́; ſalutares nobis condere pro concordia medica certáq́; medendi ſymphonia, vt ſicut anteà animarum, ſic & corporum ſaluti; anteà ſubditorum dignitati, modò illorum vitæ & ſanitati conſuleret: vt de illo verum ſit, quod de Sole Regius vates cecinit,* nihil eſt ſecretum à calore eius; *nihil ab eius cura ſecluſum aut immune; & inſculptum videatur diuinâ manu ide pectori ipſius, quod nummo,* Salus populi ſuprema Lex. *Cum enim Pharmacopœis Londinenſibus novas libertates & priuilegia nova indulſerit, literis ſuis (vt appellantur) patentibus, hoc vnum inſeri, & exprimi imprimis voluit, vt cum Antidotarium iſtud prodiret in lucem, ad illud velut ſacrum canonem religiosè ſe aſtringerent: Legibuſq́; ferendis à Senatu medico obtemperarent. Cui verè Regio mandato æquum nobis erat morem gerere; fecimuſq́; tandem vt in lucem prodeat Pharmacopœia Londinenſis, apparatu nec ſordido nec ſuperbo, nec remediorum paupertate indiga, nec eorum mole aut tumens aut ambitioſa. In qua etſi doctam Antiquorum canitiem veneramur, eorundemq́; remedia primâ velut acie collocauimus, non tamen recentioris Chymiæ noua ſubſidia reijcimus aut aſpernamur, ſed illis locum & angulum à tergo conceſſimus, vt famulentur dogmaticæ Medicinæ; & velut manus auxiliares inſeruiant. Neq́; verò tam ſuperſtitiosè inceſſimus Antiquorum veſtigijs, vt nihil ex noſtro penu novum apportemus; non enim quæ hic deſcripta, tranſcripta ſunt omnia, aut mercibus ſolis tranſmarinis, & exoticis officinam noſtram inſtruximus, ſed quædam adiecimus nova & noſtra, quæ crebro vſu probata nunc primùm in lucem prodeunt publicam; quædam etiam in antiquis formulis immutauimus, ſaluo tamen authoris ſenſu & nomine, non tam nouitatis ſtudio, quam neceſſitate coacti, præſertim vbi non occurrunt, quæ præſcribuntur ſimplicia, in quorum locum alia ſuffecimus, quæ facultatum cognatione ſimillima videbantur: Pariterq́; fecimus in modo pilulas componendi, quæ ſi antiquo more cum ſuccis aut aquis in maſſam redigantur, citò ſiccitatẽ nimiam vel ſitum contrahant, ideoq́; Syrupis accommodatis pro diuturniori cuſtodia vtendum voluimus. Cùm verò in plurimis authoribus, quædam penitus relinqui ſoleant artificum iudicio, potiſſimum in mellis & ſacchari menſura, ſub duabus literulis* q. ſ. *vel voculis,* quantum ſatis; *vndè eiuſdem pharmaci non eadem apud omnes conſiſtentia, nec facultas eadem; nos de libero artificum arbitrio poteſtatem omnem in poſterum ademimus, & in eandem rẽ quoſdam à Pharmacopœis ipſis in hoc artificio verſatiſſimis adhibuimus in concilium, quorum ope & operâ de certo componendi modo, certâq́; menſurâ conuenimus, & doſin deſignauimus cui nec addant illi, nec adimant. Deniq́; cum in pleriſq́; Antidotarijs, tum priſcis tum recentioribus, vſus & facultas cuiuſq́; remedij exprimatur, vndè tam inſcij, quàm impij Circumforanei & agyrtæ, ex hac pharetra ſeipſos muniant ad praxin medicinæ, noſtroſq́; gladios inſani homunciones in Reipublicæ perniciem arripiant, ideò de remedij viribus nihil adiecimus: ſolis enim doctis hæc ſcribimus & Apollinis alumnis, ad vulgi*

*non*

*non intellectum ſed ſalutem. De ordine quo omnia diſpoſuimus, rationem non opus eſt reddere; ſimplicia compoſitis; interna, externis; liquida ſolidioribus præmiſimus; in ſuas claſſes ſingula digeſſimus, vnde nullo negotio depromi, in vſumque & praxin referri poſſint. Habes (Amice Lector) quid fecerimus, & cur fecerimus; Opus quale in fabulis Pandora; in illam Dij omnes; in hoc Collegæ omnes ſua ſymbola contulerunt, ſub auſpicijs digniſſimi Præſidis, quo non modò Conſule aut Præſide, ſed cuius conſilio & auxilio & indefeſſo ſtudio, tectum modò & faſtigium huic tanto operi imponitur; quod ante annos aliquot inceptum condi, ſed inceptum, cuius* non cœptæ ſurgebant turres, *vt Poeta luſit. Quale iam aut quantulumcumq́ ſit, Amice Lector, tuo bono & publico fore commodum ſperamus & vouemus; quod ſi & palato tuo arrideat, vtere, & Vale.*

à Collegio Londinenſi ſeptimo die Decembr. anno 1618.

# A briefe of his MAIESTIES royall Proclamation *commaunding all Apothecaries of this Realme to follow* this PHARMACOPOEIA lately compiled by the College of Phyſicians of LONDON.

*WHereas by our eſpeciall commaundement there hath been of late compiled in the Latine-tongue by the College of Phyſicians of London a booke entituled* Pharmacopœia Londinenſis &c. *And whereas through the great care and induſtrie of the ſaid College, the foreſaid* Pharmacopœia Londin: *is now perfected, and is a worke greatly tending to the publique good of our Subiects, and we minding that all falſhood, differences, varieties, and incertainties in making or compoſing of Medicines, and diſtilling of Oiles, or Waters, hereafter be vtterly taken away and aboliſhed: And that in the time to come the manner and forme praſcribed by the ſaid booke ſhould be generally and ſolely practiſed by Apothecaries in their compoſitions of Medicines, and diſtillation of waters for all ſuch things as are therein named and praſcribed: We therefore deſirous in all things, to prouide for the common good of our Subiects, and intending to ſettle and eſtabliſh the generall vſe of the ſaid booke in this Realme of ENGLAND doe hereby ſignifie and declare our Royall will and pleaſure to be, and hereby ſtraightly require, charge, and command all and ſingular Apothecaries, within this our Realme of ENGLAND or the dominions thereof, that they and euery of them, immediately after the ſaid* Pharmacopœia Londin: *ſhall be printed and publiſhed; do not compound, or make any Medicine, or medicinable receipt, or praſcription; or diſtill any Oyle, or Waters, or other extractions that are or ſhall be in the ſaid* Pharmacop: Londin: *mentioned and named after the waies or meanes praſcribed or directed, by any other bookes or Diſpenſatories whatſoeuer, but after the onely manner and forme that hereby is, or ſhall be directed, praſcribed, and ſet downe by the ſaid booke, and according to the weights and meaſures that are or ſhall be therein limited, and not otherwiſe &c. vpon paine of our high diſpleaſure, and to incurre ſuch penalties and puniſhment as may be inflicted vpon Offenders herein for their contempt or neglect of this our royall commandement. Willing and commanding alſo hereby all Mayors, Sheriffes, Iuſtices of peace, Conſtables &c. Giuen at our Pallace of Whitehall* 26 *of Aprill in the* 16. *yeere of our raigne of England, France, and Ireland, and of Scotland the* 51. 1618.

*THe Kings moſt Excellent Maieſty hath not onely commaunded the publiſhing of this booke, but hath farther beene gratiouſly pleaſed to graunt full and ſole priuilege vnto Iohn Marriot of London Stationer (and Printer of this worke) his Executors, Adminiſtrators, Deputies, and Aſſignes, for* 21. *yeeres next enſuing, to imprint, or cauſe to be imprinted, and to ſell, aſſigne, and diſpoſe of, to his and their beſt benefit and auaile, this booke, and bookes, as well in the Latine as Engliſh tongue, as alſo in any other language or tongue whatſoeuer: Straightly prohibiting any other during the ſaid time, to imprint or cauſe to be imprinted, to import, vtter, or ſell, or cauſe to be imported from any the parts bëyond the ſeas, vttered, or ſold, the ſaid booke or books, or any part thereof within any of his Maieſties Realmes and Dominions (without the ſpeciall licence, and conſent of the ſaid Iohn Marriot his Executors, Adminiſtrators, Deputies, and Aſſignes firſt had and obtained in that behalfe.) vpon paine of his Maieſties high diſpleaſure, and to forfeit fiue pounds of lawfull Engliſh mony for euery ſuch booke or bookes, or any part, or parts thereof imprinted, imported, vttered, or ſold contrary to the true meaning of this priuilege, beſide the forfaicture of euery ſuch booke or bookes, &c. as more at large appeareth by his Maieſties letters patents dated the twentith of March in the fifteenth yeere of his Maieſties reigne of ENGLAND, France, and Ireland, and of SCOTLAND the fiftieth.* 1618.

Nomina

# NOMINA D. D. COLLEGARVM SOCIETATIS MEDICORVM LONDINENSIVM HODIE VIVENTIVM.

HENRICVS ATKINS Doc: Med: Regis Medicus Ordinarius, & Collegij Medicorum Londinenſium Præſidens.

THEODORVS DE MAYERNE Medicinæ Doctor, Regiarum Majeſtatum Medicus primarius.

IOHANNES CRAIG. } Regij Medici Ordinarij. } 7. ex 8. Electis.

GVLIELMVS PADDY Eques } Regij Medici Ordinarij.

THOMAS FREAR.

THOMAS MOVNDEFORDE.

MARCVS RIDLEY.

EDWARDVS LISTER.

RICHARDVS PALMER.

IOHANNES CRAIG iunior, Principi Carolo Archiater.

IOHANNES ARGENT.

EDWARDVS IORDAN.

IOHANNES GIFFORD.

FRANCISCVS HERRING.

MATTHÆVS GWYNN. Regius Med: ad Turrim.

Matthæus Lister.

Gulielmus Harvey. med: Reg. iuratus.

Gulielmus Clement.

Simeon Fox.

Leonardus Poe, Med: Regius ad familiam.

Robertus Fludd.

Richardus Andrewes.

Thomas Pattison.

Theodorus Goulston.

Iohannes Collins.

Simon Baskervile.

Thomas Winestone.

Edmundus Wilson.

Georgius Rogers.

Iohannes Raven, Med: Regineus iuratus.

Paulus de Laune.

Eleazar Hodson.

Ottuellus Meverell.

Alexander Ramsey.

# CATALOGVS SIMPLICIVM AD PHARMACOPOEIAN CONDVCENTIVM.

# RADICES.

Acanthi, Brancæ Vrſinæ.
Aconiti, Lycoctoni, Lupariæ.

Acori,
- Veri, peregrini, Galangæ maioris.
- Vulgaris, Pſeudoacori, Gladioli lutei, Liliorum paluſtrium.

Agarici, qui fungus Laricis.
Allij, Scorodi.
Alcannæ, Liguſtri.
Althææ, Ebiſci, Biſmaluæ.
Angelicæ, Sancti Spiritus, Smyrnij.
Anchuſæ, Bugloſſi rubri.
Anthoræ, Antithoræ, Zedoariæ, Napelli Moſis.

Apij
- Satiui, Petroſelini.
- Vulgaris, Eleoſelini.

Ariſtolochiæ
- Longæ,
- Rotundæ,
- Clematitis, tenuis, ſarmentitiæ, Dactylitis.

Artanitæ, Cyclaminis, Panis porcini, Rapi vel vmbilici terræ, Teſtudinariæ.
Ari, Serpentariæ, Barbæ Aaronis, Pedis vituli.
Aſari, Baccharis, Nardi Ruſticæ.
Aſparagi, hortenſis, ſylueſtris, Curruda.
Aſphodeli veri, Haſtæ Regiæ, Albuci.

Bardanæ, Lappæ majoris, Perſonatię.

Behen
- Albi, Polemonij. } pro his. { Caryophyllatæ.
- Rubri, Narciſſi. } pro his. { Tormentillæ.

Bellidis.
Betæ nigræ.
Biſtortæ, non ſerpentariæ, Britannicę.
Borraginis.
Bryoniæ, Vitis albæ.
Bugloſſi vtriuſq;, Sylueſtris Echij.
Bulbi vomitorij, Narciſſi.

Calami Aromatici, exotici.
Capparum.
Caryophyllatæ, Benedictæ, Chryſogoni,

goni, Oculi leporis.
Caulium.
Centaurij majoris, falſo Rhapontici.
Cepæ, Crommij.
Chameleontis
  Albi, Carlinæ, Cardopatij.
  Nigri, Cocci Cnidij, Pancarpi.
Chelidonij.
  Majoris — Curcumæ, Hirundinariæ.
  Minoris — Ficariæ, Scrophulariæ.
Cinæ, Rubi viticoſi, Sinaricæ.
Cichorij
Colchicj, Bulbi agreſtis.
Conſolidæ
  Majoris,
  Minoris, — Symphyti, Solidaginis.
Coſti vtriuſque.
Cucumeris agreſtis, Aſinini, Erratici.
Cynaræ, Scolymi, Cardui altilis.
Cynogloſſæ, Lycopſeos, Linguæ caninæ.
Cyperi vtriuſque, Curcumæ, terræ meritæ, Cyperi Indici
  longi, Romani
  rotundi.

Dauci.
Dictamni vulgaris, Polemonij, Fraxinellæ.
Doronici, carnobadij, Ibicariæ.
Dracontij veri, Ari, Dracunculi.

Ebuli, Chamæactes.
Ellebori Veratri
  albi, — Campanica.
  nigri, — Conſiliginis vulgaris, Melampodij, Ectomi, Entani.
Enulæ Campanæ, Helenij.
Endiuiæ hortenſis, Intybi, Scariolæ.
Eringij, Secacul, Centum capitum.
Eſulæ
  maioris, — Characiæ.
  minoris, — Tithymali Cypariſſię, cupreſſinæ.

Filicis, Pterios, Bletri.
Filipendulæ, Oenanthes.
Fœniculi, Marathri.
Fraxini.
Galangæ
  maioris,
  minoris, — Exoticæ.

Gentianæ, Aloes Gallicæ.
Glycyrrhizæ, Liquiritiæ. Rad: Dulcis.
Graminis.

Hemerocallis, Lilij ſylueſtris, Marini, non Bulboſi.
Hermodactyli veri, Panis Ciconiæ, Bulbi Canini.
Hyacinthi.
Iridis
  noſtræ ſeu vulgaris, cæruleæ, Lilij cœleſtis.
  Florentinæ, Illyricæ.
Imperatoriæ, Magiſtrantiæ, Laſerpitij Gallici.
Iſatidis, Glaſti.

Lactucæ.
Lauri.
Lapathij acuti, Oxylapathi.
Leuiſtici, Hippoſelini.
Lilij albi, Roſæ Iunonis, Crinanthemi.

Maluæ.
Mandragoræ, Anthropomorphi.
Mechoachanæ, Bryoniæ Peruuianæ.
Mei, Anethi, Sylueſtris, Vrſini, Tortuoſi.
Mezerei, Piperis montani.
Mororum Celſi, Arboris ſapientis.
Morſus Diaboli, Succiſæ, Præmorſæ.

Nardi
  Indicæ.
  Celticæ.
Nenupharis, Nymphææ.

Ononidis, Arreſtæ Bouis, Acutellæ, Remoræ aratri.
Oſtrutij, Oſmundæ regalis, Magiſtrantiæ, Condiſi, Struthij.

Paſtinacæ ſatiuæ & ſylueſtris, ſecacul.
Pentaphylli, Tormentillæ, Quinquefolij.
Petaſitæ, Galeritæ.
Peucedani, fœniculi Porcini, Sulphuratæ.
Pœoniæ Maris, Fœmellæ.
Phu minoris, Valerianæ hortenſis.
Pimpinellæ, Dauci.
Plantaginis.
Polypodij, Filiculæ.
Polygonati, Sigilli Solomonis, Scalæ cœli, Genichellæ.

Porri.

Porri.
Prunellorum ſylueſtrium.
Pyrethri, Saliuaris, Pyritis, Pedis Alexandrini.

Rhapontici, Limneſtis.
Rhabarbari ſeu Rauedſeni.
Rhaphani { domeſticę, Obſoniorum. / ſylueſtris.
Rhodia radix.
Rhabarbari Monachorum.
Rubiæ tinctorum, Erythrodani.
Ruſci, Bruſci, Myrſines ſylueſtris.

Sambuci fungi.
Sarzæ Pariglíæ, Smilacis aſperæ.
Satyrij vtriuſque.
Saxifragiæ albæ.
Sanguiſorbæ, Sorbaſtrellæ, Pimpinellæ Italicæ.
Scabioſæ.
Scordij.
Scillæ, Squillæ, Cepæ marinæ.
Scrophulariæ, Galcopſidis, Millemorbiæ.
Scorzoneræ.
Seſeleos Æthiopici.
Siſari, Secacul, Siſeris.
Sigilli B. Mariæ, Bryoniæ nigræ.
Sonchi.
Spinæ albæ, Bedeguar.
Spatulæ fœtidæ.

Tamanſei.
Tanaceti.
Thapſiæ exoticæ, Ferulaginis, Turpeti cineritij.
Tormentillæ, Heptaphylli, Pentaphylli, Betulariæ.
Trifolij.
Tribuli aquatici.
Trachellij, Ceruicariæ.
Trinitatis.
Tunicis, Polemonij.
Turbith exotici, Tripolij, Aſteris marini.
Tuberum ſeu Bolecorum.

Victorialis, Allij Alpini.
Vincetoxici, Hyrundinariæ, Aſclepiadis.
Virgæ paſtoris, Dipſaci.
Viſci quercini.
Vlmariæ, Barbæ capri, Reginæ prati.
Vrticæ.

Zedoariæ, Antheræ, Zurumbet.
Zingiberis.

# CORTICES.

Apij.
Auellanarum.
Aurantiorum.

Berber, Oxyacanthæ.

Calyces glandium.
Caſiæ ligneæ, Syringis.
Capparis, rad:
Caſtanearum.
Cinnamomi, Canellæ.
Citri, mali medici.

Ebuli rad:
Enulæ.
Eſulæ rad: Tithymali.
Fabarum.
Fœniculi rad:
Fraxini rad:

Glandium cupulæ.
Granatorum, Malicorium.
Guaiaci lign: Ind: Sancti.

Iuglandium virid:

Lauri.
Limonum.

Mandragoræ rad:
Myrobalanorum.
Macis, qui Cortex Moſchatæ nucis.

Petroſelinj rad:
Prunelli ſylueſtris.
Pinearum putamina.

Quercus arboris.

Raphanj.
Rad: Sambucj, & caudicis.
Cort: medius Tamaricis.

Thuris.

Vlmj.

## LIGNA ET EORVM SCOBES.

Agalloch⁹, Aſpalath⁹, Lignũ Aloës.

Breſilium.
Buxus.

Cypreſſus.

Ebenum.

Guaiacum, Sanctum Ind:

Iuniperinum.

Nephriticum.

Rhodium.

Santalum { Album. Rubrum. Citrinum, Moſchatellinum.

Saſſafras.
Suber.

Tamariſci.

Viſci quercini.

Xylobalſamum.
Xylocaſia.

## HERBÆ ET EARVM FOLIA.

Abrotonum { mas, fœmina } Santonicum abſinth.

Abſinthium { Ponticum, Romanum, Sophia Chirurgorũ. Vulgare, Seriphiũ, Marinum.

Abugiliſſa: i. Anchuſa major.
Acetoſa ſiue Oxalis.
Acanthus vera.
Adiantũ { album, nigrũ, } Capillus Veneris, Polytrichũ.

Agrimonia.
Ageratum.
Agnus Caſtus, Vitex, Piper Eunuchorum.
Alleluia ſiue Luiula, Acedula, Acetoſella.
Alcea.
Allium.
Althæa, Ibiſcus, Biſmalua, Maluauiſcus.
Alſine, Morſus Gallinæ.
Alchimilla, Pes leonis, Stellaria.
Alcanna, Liguſtrum.
Amaracus.
Angelica.
Anagallis { mas. fœmina.
Anethum.
Apium, Herba Leonis.
Aparine, Aſpergula.
Aquilegia.
Argentina, Potentilla, Anſerina.
Artanita, i. Ciclamen.
Ariſtolochia { longa, Maſcula. rotunda, malum terræ.
Artemiſia, Mater herbarum.
Aſparagus.
Aſarum, Baccharis, Nardus ruſtica.
Atriplex, Olus aureum.
Auricula muris major, Pulmonaria Gallica.
Attractylis hirſuta.

Balſamita, Siſymbrium.
Barba Iouis, Sedum majus.
Bardana, Lapathum, Perſonatia.
Beta { alba. nigra. rubea.
Benedicta, Sanamunda.
Betonica, Coronaria, herba Tunica.
Bellis, herba Margarita.
Blitum triplex.
Borrago.
Bonus Henricus, Tota bona.
Botrys.
Branca vrſina, Sphondylium, Acanthus Germanica.
Bryonia, Vitis alba, Dentaria, Alfeſcera.
Burſa Paſtoris, Sanguinalis, Thlaſpi.
Bugloſſum, Echium, Cyrſium.
Buphthalmum, Cotula non fœtida,
Buxus.

Cala-

Calamintha { Montana. / Paluſtris.
Calendula, Caltha, Solſequium, Verrucaria, Heliotropium.
Callirrichum, Adiarthon.
Caprifolium.
Carduncellus, Cruciata, Erigeron, Senecio.
Carduus Benedictus, B. Mariæ lacteus.
Carlina, Muſcus marinus, Corallina.
Caſſutha ſiue Cuſcuta, podagra lini.
Caryophyllata, Benedicta.
Catuputia minor, Lathyris.
Cattaria, Nepeta.
Cauda equina, Hippuris, Equiſetum.
Caulis, Braſſica { hortenſis. / ſylueſtris.
Centauriũ { maius, Rhaponticum. / minus, Felterrę, febrifuga
Centinodium, Corrigiola, Polygonum mas.
Cerefolium, Myrrhis, Gingidium.
Cepæa, Anagallis aquatica, Becabunga.
Ceterach, i. Scolopendrion, Aſplenon, Hemionitis.
Chamæpitys, Ajuga, Iua arthritica, Thus terræ.
Chamædrys, vera, vulgaris, Calamandrina, Quercula, Triſſago, Teucrium cæruleum.
Chamæmelum { ſatiuum. / ſylueſtre.
Chelidonium vtrumque,
Cinara, Carduus Eſculentus, Artichocus.
Cichorium, Intybum Sylueſtre, Chondrilla.
Cicuta.
Clematis Daphnoides, vinca peruinca, Corona Virginea, Viola mortuorum.
Conſolida. { major { Sarracenica. / minor { Regia. } Media Laurentiana, Bugula.
Coronopus.
Cotonaria, Centunculus, Gnaphaliũ.
Criſpuda.
Craſſula, Faba inuerſa.
Crithamus, Herba, S. Petri, Creta Marina, Fœniculum marinum.
Cucumis Aſininus.

Cyanus { major. / minor.
Cynogloſſum, ſeu lingua Canis.
Cypreſſus, Chamæcypariſſus, Abroton, fœm.

Dictamnus Cretenſis.
Dipſacus, Crocodilion Onocardion { ſatiu: alb: / ſylu: purpur.
Ebulus, Chamæacte, Sambucus pumila, aruenſis.
Echium, Viperina.
Empetron, Calcifraga, perforipetra, Millegranum, Herniaria.
Endiuia, ſatiua intybus.
Enula Campana.
Epithymum.
Eruca.
Eupatorium, i. Ageratum, Meſ. herba Giulia.
Euphragia, Euphroſyne, herba Ophthalmica.

Filix fœmina, Oſmunda querna.
Filicula, Polypodium.
Filipendula.
Folium Malabathri.
Fœniculum, Marathrum.
Fragaria.
Fraxinus, Lingua auis, Paſſerina, Bubula, Sorbus aucuparia. Ornus.
Fumaria, Capnos.
Galega, Ruta capraria.
Galion.
Gentiana, Cruciata.
Geniſta, Spartion.
Geranium, Ropertianum, Acus moſchata.
Gramen, Agroſtis.
Gratiola, Aurina alba.

Haſtula regia, Aſphodelus.
Hepatica, Lichen.
Hedera arborea, terreſtris, Chamæciſſus, Corona terræ.
Herba Camphorata.
Moſchata.
Paralyſis, primula veris.
Paris, Aconitum ſalutiferum, Monococcos, Sigillum Veneris.
S. Mariæ, i. Coſti hortenſis.
Roberti, Gratia Dei.
Venti, i. Anemone.

Helxine, Volubilis, Parietaria.
Hippogloſſum.
Hippolapathum.
Horminum ſatiuum, Syluestre, Sclarea.
Hydropiper maculoſum.
Hyſsopus, Alhaſſe.
Hyoſcyamus, Herba Apollinaris, Altercum, Faba ſuilla.
Hypericon, Perforata, Fuga Dæmonis.
Hypogolottis, Laurus Alexandrina.
Hypogloſſum, Lingua Pagana, Bonifacia, Biſlingua, Vvularia.

Iberis Cardamantice, Lepidium, Piperitis.
Inguinalis, Bubonium, Aſter Atticus.
Iris Germanica, Illyrica, Florentina, Luſitanica, Lutea, Cærulea, Syluestris.
Iſatis, Glaſtum.
Iua arthetica, Moſchata.
Iuncus odoratus.

Labrum, lauacrum Veneris, Dipſacus Fullonũ Carduus, Virga Paſtoris.
Lactuca, Satiua, Syluestris.
Lagopus, Herba leporina.
Lauendula.
Laureola, Daphnoides, Chamælea Germanica.
Lappa minor, Xanthium.
Laurus.
Lentiſcus.
Lens paluſtris.
Leuiſticum, Hippoſelinon, Liguſticum.
Libanotis, Roſmarinus.
Linaria, Oſyris, Linum B. Mariæ.
Lilium Conuallium, Roſa Iunonis.
Lingua Ceruina, Phyllitis.
Limonium.
Lotus vrbana, Trifolium ceruinum.
Lupulus Salictarius.
Lychnitis coronaria.

Macis.
Magiſtrantia, Imperatoria, Oſtrucium.
Malua, Satiua, Criſpa.
Majorana, Amaracus, Sampſuchum.
Mandragora.
Marrubium, Praſium album, Nigrũ, fœtidum.
Marum verum.
Matricaria, Parthenium.
Matriſylua, Periclymenon, herba Cordialis.
Maturella, i. Valeriana major, Phu vtrumque.
Melilotum, Corona regia.
Meliſſa ſiue Meliſſophyllum, Citrago.
Mentha { Satiua, Criſpa, Rubea. / Aquatica, Balſamita, Saracenica. }
Menthaſtrum, Mentha equina.
Mercurialis, mas, fœmina, Linozoſtis.
Mezereon, Chamælæa, Oleaſtellus.
Millefolium, Stratiotes.
Muſcus, Vſnea.
Myrtus, Myrtilli.

Nardus Indica, Spica Nard. Exotic.
Naſturtium { aquaticum, Cardamine, Siſymbrium. / album, Thlaſpi. / hortenſe, Creſſio. }
Nicotiana, Tobacco, Sana-ſancta, Herba Reginæ, Legati, Petum.
Nummularia, Centumorbia.
Nymphæa, Nenuphar.

Ocimum, Baſilicon { vulgare. / citratum. }
Oleæ folia.
Ononis, Aratri remora, Reſta bouis.
Ophiogloſſon, Lingulaca, Lancea Chriſti.
Origanum, Vulgare, Creticum, Onitis, Panaceum.
Oxylapathum, Rumex acutus.

Papauer { album, / nigrum, / rubrum, Rhæas, erraticum. }
Paronychia, Ruta muraria, Saluia vitæ.
Parietaria, herba Perdicalis, Vitriola, Vrceolaris.
Paſtinaca.
Perſicaria non maculata.
Perfoliata.
Pentaphyllum, quinque folium.
Petroſelinum, Selinon.
Pes Columbinus, Geranium alterum.
Perſicorum folia.

Pimpi-

Pimpinella.
Piloſella, Muris auricula.
Pithyuſa.
Plantago, Arnogloſſum, Septineruia, Quinqueneruia.
Polium, Campeſtre, Marinum, Montanum, Creticum.
Polygonum, Sanguinaria, Centumnodia.
Polytrichum, Trichomanes, Filicula.
Portulaca Satiua, Porcellana.
Porrum.
Primula veris, Bellis minor, herba Sancti Petri aut Pauli.
Prunella, Symphytum minus, herba Anthonij, Bugla.
Pulegium, Ceruinum, Regale, Glechon, Apoleium.
Pulmonaria, Impetiginaria, Maculoſa, Arborea.
Pulicaria, i. Conyza.
Pyrus ſylueſtris.
Pyrola, Conſolida, Pyrifolia, Tintinnabulum terræ.

Quercus folia.

Ranunculus, Batrachiũ, Apiũ riſus.
Raparum folia.
Roſa Solis.
Roſa alba, rubra, Damaſcena pallida,
Rumex, Lapathum.
Rubus Idæus, pumilus.
Ruta hortenſis, Rhyte, Sylueſtris Harmel.

Sabina, Barathrum.
Saluia maior, Minor, Romana, Sylueſtris, Boſci ſaluia.
Salicis folia.
Sanicula, Diapenſia, Ferraria minor.
Saponaria, Struthium, Radicula.
Satureia, Cunila, Thymbra ſatiua, Ioſeple.
Saxifragia alba.
Scabioſa, Stæbe, herba Apoſtematica.
Scariola.
Schænanthos, Iuncus odoratus, Paſtus Camelorum.
Scordium verum, non Sylueſtre, Scorodotis.
Scrophularia, Caſtrangula, Millemorbia.
Sedum ſeu ſemperuiuum minus, Vermicularis.
Senna Orientalis, Ægyptia, Alexandrina, Florentina, Italica, Prouincialis, Syriaca.
Serpyllum, Cunilago.
Sigillum Solomonis, Polygonaton.
Smyrnium, Olus atrum.
Solanum, Vua lupina, Morella.
Soldanella, Marina Braſſica.
Sonchus { lęuis / aſper } Cicerbita, Lactuca leporina.
Spinachia, Olus Hiſpanicum.
Spina alba, Arabica, Bedeguar.
Spica Vulgaris, Romana, Celtica, Saliunca.
Stæchas Arabicum, Citrinum Heliochryſos.
Succiſa ſiue morſus Diaboli.
Suchaha, Spina Ægyptiaca, Arabica.

Tanacetum, Athanaſia.
Taraxacon, i. Dens Leonis, Hieracium minus, Seris vrinaria, Caput Monachi.
Tamariſcus, Tamarix Illyrica.
Telephium.
Thymbra, Satureia ſylueſtris.
Thymum, Serpyllum Romanum, Thymiama herba.
Thymelæa.
Tithymalus, Eſula, Lactuca Marina,
Tormentilla, Heptaphyllon.
Trinitas, Epimedium.
Trifolium.
Tuſſilago, Vngula Caballina, Bechion, Farfara.

Valeriana, Phu Germanicum, herba D. Georgij.
Verbaſcum, Candelaria, Lanaria, Thapſus barbatus.
Verbena, Periſteron, Columbaris, herba Sacra, Sagminalis, Centrum Galli.
Veronica, Betonica Pauli.
Violaria, mater Violarum.
Vitis alba, nigra, Vinifera.
Vitium folia, Pampini.
Vincetoxicum, Aſclepias, Hirundinaria.
Virga aurea, Conſolida rubra.
Vlmaria, Regina Prati.
Vmbilicus Veneris.

Vrtica, major, minor, Romana, hortulana.
Vſnea, Lanugo arborum.
Vſne, Cali, Anthylis, Salſicornia.

# FLORES.

Agni caſti, Viticis.
Amaranthi, Fl: Amoris.
Amomi, Pomi Hieroſolymitani.
Anethi.
Armerij.
Aurantiorum.

Baſilici, Ocimi.
Balauſtiorum, Sylueſtris Punicæ.
Betonicæ, Coronariæ, Caryophylli hortulani.
Borraginis.
Bugloſſi, Echij, non Cyrſij.

Caryophylli.
Calendulæ, Calthæ.
Caprifolij, Matriſyluæ.
Capparum.
Carthami, Cnici.
Centaurij minoris.
Chamæmeli.
Cheyri, Leucoij lutei, albi.
Cichorij, Intybi ſatiui, latifolij.
Comarum { Abſinthij, Matricariæ.
Croci.
Cyani { majoris. minoris.
Cytini, ſatiuæ Punicæ.
Cynoſbati.

Echij paluſtris.
Epithymi.
Ericæ.
Erucæ.
Euphragiæ.

Fabarum.
Frumenti, Cyani, Fl: Zachariæ.
Fumariæ, Fumiterræ.

Geniſtæ, Spartij, Scopariæ.

Hyacynthi, Vaccinij.
Hyperici, Perforatæ.
Hyſſopi.

Labruſcæ, Vitis ſylueſtris.
Lauri.
Lauendulæ.
Lamij albi.
Liguſtri, Alcannæ.
Lilij albi.
Lilij Conuallium, Verni.
Lupulorum.

Majoranæ, Sampſuchi.
Maluæ vtriuſq;, Roſæ Hyemalis, Autumnalis.
Meliloti, Loti ſylueſtris, citrini, albi.
Meliſſæ, Meliſſophylli, Citrariæ.

Narciſſi, albi, lutei.
Nucum juglandium, Nucamenta.
Nymphææ vtriuſque, Nenupharis, Claui Veneris, Lilij paluſtris.

Origani.
Othonnæ, Caryophylli Indici.

Papaueris rubri, albi.
Perſicorum.
Periclymeni, Matri ſyluæ.
Pœoniæ, Roſæ Aſininæ, Benedictę, Sanctæ.
Populi oculi, ſeu gemmæ.
Primulæ veris, Paralyſis, Phlomidis, Verbaſculi odorati.
Prunellæ, Agricoccimelææ.
Prunorum ſylueſtrium, Acaciæ.

Roſæ { albæ. rubræ. Damaſcenæ pallidæ.
Roriſmarini, ſiue Anthos.

Saluiæ.
Saliuncæ, Nardi Celticæ.
Sambacis vel Iaſmini.
Sambuci.
Scabioſæ.
Schœnanthus, Iunci odorati.
Siliginis.
Spicæ hortulanæ.
Stœchados, Arabici, Citrini.

Tamariſci.
Tanaceti.
Thapſi barbati, Verbaſci.
Tiliæ.
Tunicæ.
Tuſſilaginis, Farfaræ.

Veto-

Veronicæ.
Violæ purpureæ, Matronalis.
Vrticæ mortuæ.

## FRVCTVS ET GERMINA.

Agreſta.
Alkekengi, Halicacabi, Ceraſa Iudæorum, hyemis, terræ.
Amygdala { amara.
 dulcia.
Amoris poma.
Anacardi.
Arantia, mala aurea.
Auellana, Nux Pontica, Præneſtina.

Balanus Myrepſica, Glans Vnguentaria, Been Vtrumque.
Baccæ { herbæ Paridis.
 Iuniperi, Crana Turdorum.
 Lauri.
Berberis, Oxyacanthæ, Baccæ Creſpini.

Cappares majores, minores.
Caricæ, Ficus aridæ, paſſæ.
Caryophyllum.
Carpobalſamum, fructus, grana Balſami.
Caſſia fiſtularis, Siliqua Ægyptiaca.
Caſtanea, Glans Sardiana.
Ceraſum { rubrum, dulce.
 nigrum, acidum.
Citrium malum, Medicum.
Cicer { rubeum, Venereum,
 candidum, Columbinum,
 nigrum, Arietinum.
Colocynthis, Cucurbitæ ſylueſtris.
Corna.
Coni Cupreſſi, galbuli.
Cocci orientales, Coccoli.
Corinthiacæ Paſſulæ.
Cucumis Aſininus, hortenſis.
Cubebæ, Vuæ Illyricæ.
Cucurbita.
Cydonium, Cotoneum.

Dactylus, Palmula.

Ebuli grana, Baccæ Chamæactes.

Ficus virides, albæ.
Fraga.

Galla immatura, Turcica.
Glandes quercinæ, Dryobalani.
Glandium calyculi.
Granatum malum, Punicum, dulce, auſterum.
Grana tinctoria, Cocci baphicæ, infectoriæ, Kermes, Alchermes.

Iuglans, nux Regia.
Iuiubæ ſiue Zyzypha, Serica.

Limones, Mala lemonia.

Mandragorę pomum.
Mala inſana, Melangena.
Melones.
Meſpilum, Tricoccum.
Mora Celſi, Sycamina.
Bati, Rubi { Canini, Cynoſbati.
 Idæi.
Myrobalani Glandes Ægypt. { Emblicæ.
 Chebulę, Phlegmagogę.
 Citrinæ, Flauæ, luteæ.
 Indæ, Nigræ.
 Bellericæ, rotundæ.
Myrti baccæ, Myrtilli.

Nuclei { Ceraſorum.
 Mali Armeni.
 Mali Perſici.
Nux Moſchata.
 Vnguentaria.
 Odorata.
 Aromatica.
Nux Indica.
 Vomica.
 Methel, Strammonea.

Oculi Populi.
Oliua, muriâ condita.

Papaueris albi vel nigri Capita.
Permains vel Pippins.
Perſica.
Phaſeoli.
Pini nucleus in conis.
Piſtacia, Fiſtica.
Poma { dulcia, } Adami.
 acida,
Pruna Damaſcena, Syriaca, Syracuſana, Vngarica, Vulgaria.
Prunella ſylueſtria, Agricoccimela.
Pyra Moſchatellina.
 Aromatica.

Quercus Germina.

Ribes, Vuæ Vrſinæ.

Sebeſten, Myxa, Pruneola pectoralia, nigra.
Sennæ foliculi.
Siliqua, Panis D. Iohannis, Xylocaracta.
Sorba.
Strobyli.
Sumach, Rhus Obſoniorum.

Tamarindi, Palmulæ acidæ, Oxyphœnicæ.
Tribulus aquaticus, Nux aquatica.

Vuæ Paſſæ, Paſſulæ.

# SEMINA SIVE GRANA.

Abſinthij Seriphij, Santonicum, Cinæ, Barbotinæ, Contra Lumbricos.
Acetoſæ ſiue Oxalidis.
Acini, Punici ſemina.
Agni caſti, ſiue Viticis, Salicis marinę.
Alkekengi, Halicacabi.
Althææ, Biſmaluæ.
Ammeos vulgaris, veri, Cumini regij Alexandrini.
Amomi veri.
Anethi.
Angelicæ.
Anguriæ.
Aniſi, Cymini dulcis.
Anthoræ, ſemen Roſarum.
Apij ſatiui, criſpi.
Aquilegiæ, Aquilinæ.
Aſparagi, Corrudæ.
Atriplicis, Chryſolachani.
Aurantiorum.
Auenæ.

Bardanæ, Perſonatiæ.
Berberis, Oxyacanthæ.
Bombacis, Xyli, Oxymyrſines, Myrthacanthæ, Palmæ marinæ.
Bulbi, Cepæ.

Cannabis.
Cardui benedicti, & Mariæ.
Cardamomi majoris.
Cardamomi minoris.
Carpobalſami.
Carthami, Cnici.
Carui, Careos.
Caulis, Braſſicæ.
Ceparum, Crommij.
Ceraſorum.
Cerefolij, Gingidij.
Chermes, cocci baphicæ.
Cicer rubrum, album, nigrum.
Cicutæ, Conij.
Citri.
Citruli.
Coriandri, Corij.
Colocynthidos
Crithmi.
Cubebæ.
Cuſcutæ.
Cucumeris domeſtici, ſylueſtris.
Cucurbitæ, camerariæ.
Cymini, hort. ſylu:
Cydoniorum, Cotoneorum.

Dauci nostri, Pimpinellæ vulgaris.
Dauci cretici, Pimpinellæ vulgaris.

Ebuli.
Endiuiæ, Intybi, Cichorij.
Erucæ.
Eryſimi, Irionis.
Erui ſeu Orobi.

Fabarum.
Fœniculi.
Fœnugræci, Ægocerotis, Siliculæ, Trifolij Græci.
Fraxini, linguæ auis, Orneogloſſi.
Fumariæ, Capni.

Garyophyllatæ.
Geniſtæ.
Granum Gnidium, i. Thymelæa.
Granum Solis.
Granum Paradiſi.
Granum tinctorum, ſiue Kermes.

Harmel, i. Rutæ ſylueſtris.
Hederæ.
Herbæ Paridis.
Hordei.
Hyoſcyami, Alterci, vtriuſq;.
Hyperici, Perforatæ.
Hyſſopi.

Iuni peri.

Lactucæ.
Lauri.
Lapathi acuti, Oxylapathi.
Lathyridis, Cataputiæ minoris, Eſulæ vulpinæ.
Laureolæ.
Lentes, Lenticulæ.
Leuiſtici, Liguſtici, Hippo ſelini,
Lini.
Lithoſpermi, Milij Solis.
Lolij.
Loti Vrbanæ, ſatiuæ.
Lupini.

Maluæ.
Mandragoræ.
Majoranæ, Amaraci.
Magiſtrantiæ, Oſtrutij.
Melonum.
Melopeponum.
Meſpilorum.
Mezerei.
Milij.
Myrtillorum.

Napi, Buniadis.
Naſturtij.
Nigellæ, Gith.
Nuclea { Perſicorum. / Pineorum.

Ocimi ſeu Baſilici Caryophyllati.
Oleris atri, Petroſelini Alexandrini.
Oryzæ, Hordei Galatici.
Oſſa Dactylorum.

Papaueris { albi. / nigri.
Panici.
Paſtinacæ ſylueſtris, Bauciæ, & ſatiuę, Carotis, Staphylini.
Petroſelini { Vulgaris. / Macedonici.
Perfoliatæ.
Phaſeoli, Dolychi.
Piper { album. / longum. / nigrum.
Pimpinellæ, Bipinellæ, Pampinulæ.
Piſa.
Plantaginis.

Porri capitati.
Portulacæ, Porcellanæ.
Pœoniæ.
Pſyllij, Pulicariæ.

Rapi, Gongyles.
Raphani, radiculæ.
Rhois culinariæ ſiue Sumach.
Ricini, Cataputiæ majoris, manus Chriſti, Granum regium.
Roſarum.
Rutæ hortenſis, Pegani.

Saxifragiæ, Scariolæ, Seriolæ.
Semen Sanctum, Santonicum, Zedoariæ, Contra vermes.
Seſami veri, vulgaris, adulterini, Eryſimi, Camelinæ.
Seſeleos, vel Sileris Montani Maſſilienſis.
Sinapeos.
Siliquaſtri, Capſici, Piperis Indici.
Solani ſatiui.
Staphydiſagriæ, Vuæ ſylu: Pediculariæ, Piper Marinum.

Thlaſpios.
Trifolij bituminoſi, odorati, renoſi, Aſphaltitis.
Tritici.

Vicia.
Violarum.
Vrticæ vulgaris, Romanæ.
Vuarum acini, gigartæ.

Zeæ, Speltæ.

## LACHRYMÆ, LIQVORES, GVMMI, RESINÆ.

Abjetina oleoſa.
Ammoniacum, Tranſma.
Arabicum, Gummi ex Acacia Ægypti ſpina.
Animę gummi.
Aſa { fœtida, Stercus Diaboli, recrementum Laſerpitij. / Dulcis, ſiue Benzoin.

Bdellium.

Camphora, Caphura, Bitumen liquidum.
Caranna.
Cedria Pix, Alkitron.
Ceraſorum.

Elemi, Oleæ Æthiopicæ lachryma.
Euphorbium.

Galbanum.
Gum: Amygdalarum.
Iuniperi, Sandaracha, Vernix.
Hederæ.

Laccæ, Cancamum.
Labdanum.
Laſerpitium.
Larignea reſina.
Lentiſcina.
Lycium, Crocolytos.

Maioranæ.
Maſtiche.
Myrrha, arboris Arabicæ.

Olibanum.
Opobalſamum, Balſamum Iudaicum.
Opoponax, Panacis Heraclei liquor.

Petroleum.
Pini reſina.
Pix liquida, ſicca, naualis, Zopiſſa.
Picebitumen.
Piſſanthum, Liquidæ picis flos.
Prunorum.

Reſina Cypria.

Sagapenum, Serapinum.
Sarcocolla, Carniglutium.
Sanguis Draconis.
Scammonium & Diacrydium.
Styrax { Calamitis.
Ruber, verus, ad ſuffitum.
Liquidus, noſter, Myrrha, ſtacte. }
Strobilina Reſina.

Tacamahacha.
Terebinthina.
Thus.
Thuris Manna.
Tragacanthum.
Vitium Lachrymæ.

# SVCCI.

Abſinthij ſuccus, in veſica inſpiſſatus.
Acacia, vel ſuccus Prunellorum ſylueſtrium.
Acetum.
Acetoſitas Citri.
Agreſta, Omphacium.
Aloe { Hepatica, Soccotrina, } { Roſata. Lota. }
Amylum.
Amurca.
Apij ſuccus.
Arantiorum.

Elaterium, è Cucumere agreſti.
Eupatorij.

Fæx vini.

Gerſa ſerpentaria.
Glaucium.
Glycyrrhyzæ ſuccus.

Hypociſtis.

Manna vel Tereniabin, Mel aereum.

Oleum { recens.
vetus.
Omphacinum. }
Opium, Aphion, Maſlach, è capit. nigri papaueris, Meconium.

Penidia.

Saccharum vel Zucharum, è canna.
Saccharum candum, Tabarzet.
Sapo albus.

Tartarum.

Vinum.
Viſcus Aucupum.

*Multi è multis, liquidi, vel ſicci, eliciti, & aſſeruati.*

E PLAN-

# E PLANTIS
## NATA.

Agaricus.

Bedeguaris ſpongia.

Cupulæ glandium.

Farina volatilis,
Furfur.

Muſcus.

Viſcus quercinus.

# ANIMALIA.

Aſelli, Millepedes.

Bombyces.
Buccinæ.

Capones.
Cantharides.
Cancri fluviatiles.
Catuli.
Catus ſenex, emaſculatus.
Cicadæ.
Cygnorum pulli.

Erinaceus.

Formicæ.

Galerita aſſa.

Hirundines.
Hirudines, Sanguiſugæ.

Limaces terreſtres, Cochleæ.
Lutra.
Lumbrici, ſeu vermes terreſtres, Inteſtina terræ.

Meli, Taxi.
Motac llæ.

Paſſer, troglodytes.
Purpuræ.

Ranæ virides.

Scorpiones terreſtres, triti, vſti.
Scinci.

Talpæ.
Teſtudines.
Tincæ, piſcium medici.
Tineæ.

Viperæ, Tyri.
Vulpes.

# ANIMALIVM
## PARTES, EXCREMENTA, ET EX IIS DESVMPTA.

Caro viperina.
Calcaneus { Cerui. / Leporis.
Cornu { Cerui, Simplex, Vſtum. / Vnicorni, Monocerotis, Rhinocerotis Capræ.
Cerebrum { leporis. / paſſerum.
Coagulum leporis, &c.
Os è corde Cerui.
Os cruris bouis.
Cranium humanum, in eo os triquetrum.
Os, & teſta Sepiæ.
Ebur, ſiue dens Elephantis, ex quo fit Spodium.
Dens Apri, Fibri.
Blatta Byzantia, Vnguis odoratus, Conchula Indica.
Scincorum venter & cauda.
Pulmo Vulpis, Agni, Suis, Vrſi.
Hepar { Anatum. / Aprinum. / Aſininum. / Lupi, eiuſq; Inteſtina.

Adeps { Anatis, Ardeæ, Arietis, Cameli, Canis, Caponis, Capri, Caſtoris, Cuniculi, Equi, Anſeris, Gallinæ, Hominis, Leonis, Leporis, Lucij, Muris montani, Pardi, Serpentum, Tauri, Taxi, Timalli, Vrſi.
Axungia porci.
Pinguedo vituli, Vulturis, Vulpis.
Seuum Hircinum, Caprinum, Ceruinum, Bouinum, Ouinum, Vaccinum, Taxinum.

Me-

Medulla bouis, ouis, agni, Cerui, canis, capræ, cruris vaccæ, tauri, vituli.
Fel taurinum, vaccinum, Accipitris, Milui, Caprinum, Suillum, leporinum.
Caſeus recens, vetus.
Lapis { Aëtites, aquilæ. Alectorius, galli. Bufonius, Myexis. è capite Carpionis, Percarum. }
Mandibula Lucij piſcis.
Mel.
Mel virgineum.
Oui teſta excluſi pulli.
Aqua lactis.
Perna, Coxa Porcina.
Talus ſuillus.
Pili Leporis.
Stercus { Humanum, lupinum, murium, ouillum, caprinum, columbinum, equinum, gallinaceum, hirundinum, vaccinum, Caninum ſiue album Græcum. }
Pelliculæ ſtomach: Gallinæ.
Spolium ſerpentis, Senecta anguium.
Saliua.
Sudor.
Nidus hirundinum.
Propolis, in alueorum foribus, & rimis, cereum.
Plumia.
Butyrum vaccinū, ſalis expers, ſalſū.
Ichthyocolla, Gluten piſcium.
Lac aſinæ, capræ, mulieris, ouis, vaccę.
Lapis Bezoar Orientalis, Occidentalis.
Moſchus.
Zibethum.
Mumia ſepulchrorum, Piſſaphaltum
Ouum gallinaceum, formicarum.
Sanguis { Hircinus, Humanus, Anſerinus, Caninus, Caprinus, Ceruinus, Columbinus, Leporis, Perdicis, Veſpertilionum, Suis, Taxi, tauri, teſtudinis. }
Serum lactis.
Sperma { Ranarum. Ceti. }
Teſtes Fibrorum, Caſtoreum.
Teſtes Galli.
Cera { alba, Citrina, rubea, flaua } factitia.

Oeſypus, lanæ ſuccidæ pinguitudo.
Oculi Cancri, Lapides Gammarorū.
Sericum crudum.
Seta è Bombyce.
Virga Ceruina, Taurina.
Vngula Alces, Aſini, Capræ, Porci.
Vrina hominis, Apri, Capri, Canis, Tauri.

## MARINA.

Ambra griſea odorata.
Aqua & arena maris.

Bitumen Iudaicum, Aſphaltus.
Buccinarum teſta.

Carabe vel Cacabre, i. Succinum, Electrum. nigr: Gagates, Ambra citrina.
Cancrorum, gammarorum teſta.
Cionia teſta.
Concha venerea.
Corallina.
Cochlearum teſta.
Corallium { album rubrum } frutrex ſaxeus.

Dentalis, Buccina, Dactyli.

Entalis, Tellina, Purpura, ejuſque teſta.

Flos ſalis, Maris, Sperma Cœti.

Halcyonium, ſpuma et pila Maris.

Lapis ſpongiæ, Spongites.

Margarita ſolida, perforata, Vnio.
Mater Perlarum.
Mitulorum teſta, Tellinæ.
Muria,

Naphtha, genus liquidi Bituminis, Petroleum.

Pumex.

Spongia, fungus maris.
Succinum album, citrinum, nigrum vt prius.

Vmbilicus marinus.

SALES.

## SALES.

Sal Gemmæ, foſſilis, Cryſtallinus,
Indus, Ammoniacus, Armeniacus.
Niger, communis, Factitius.
Petræ, Marinus, Alkali &c.
Nitrum, Sal nitri.
Aphronitrum.
Salis flos.
Spuma Salis, è ſpuma Maris,
Borax vel Baurach, Tinear,
Chyſocolla factitia è nitro foſſili.
Terra viridis.

## METALLICA ET MINERALIA.

Æs, Vſtum, laminæ Cupri.
Æris & ferri ſquama, Battitura decutita.
Ærugo, i. viride æris, flos, raſilis, rubigo æris, ex ære fuſo exilit.
Alabaſtrũ, Onyx, verus, fucatus, Alabaſtrites.
Alana terra, Tripolis.
Alumen, Rochæ rupeum, liquidum, vſtum, concretum, capillare, catinum, glebofum Zucharinum.
Amiantus, Alumen plumoſum, ſciſſile, Iamenum, linum vivum.
Ampelitis, Bitumen foſſile, terrenum.
Amethyſtus Lapis, Hyacinthus, Chryſolithus
Antimonium, Stibium, Stimmi.
Antimonij vitrum.
Argentum foliatum, eiuſque ſcobs, ſcoria, recrementum.

Argentum { Viuum, ſiue Hydrargyrus. / Crudum, / Præcipitatum, Puluis Angelicus. / Sublimatum, Mercurius ſublim:

Arſenicum, Auripigmentum, Realgar, Riſagallum, { album. / luteum, citrinum. / rubrum, Sandaracha Græcorum.

Argilla Cimolia, Creta alba, Chia, argentaria.
Aurum foliatum, obryzum.

Bolus Armenus, Gleba Orientalis.

Cadmia Botryitis, Capnitis, Placitis, Fornacum, Thutia, Climia foſſilis, Lapis æroſus, Cobaltum, Calaminaris lapis.
Calx viua, extincta.
Ceruſſa, factitia, Sandyx.
Chalcanthum album, viride, Romanũ, Vitriolum, Atramentum ſutorium, Copparoſa.
Chalcitis, Colcutar, Atramentum rubrum, Vitriolum album.
Chalybs, Stommia ferri, Stomoma, & eius ſquama, limatura.
Cotes.
Cryſtallus.
Cinnabaris, Minium nativum, factitium, ex Argento viuo & Sulphure.

Diphryges, fæx æris ſubſidens, q. bis toſtum.

Ferri ſcoria, Rubigo, recrementum, ſquama.

Granatus Lapis, Carbunculus, Charcedonicus, Garamanticus.
Gagates, Thracius, Obſidianus.
Gypſum, & è lap Selenite, Speculari.

Hæmatites, ſchiſtos, ſanguinarius.

Iaſpis, aerizuſa, Turcoſius, Eranus.

Lazuli lapis, Cyaneus, cæruleus, ſtellatus.
Lapis { Lyncis, Aſius, Arabicus, Armenius, Belemnites, Lyncurius. / Iudaicus, Phænicites, Pyrites.

Lithargyrium, è Plumbo lapis, Spuma colore { Auri, Chryſites. / Argenti, Argyrites.

Magnes, Sideritis.
Marchaſita, Pyrites.
Marmor ſerpentinum, Ophites.
Minium, eiuſque vena, Antrax, è quo fit Argentum viuum in Hydria.
Secundarium, Cinnabrium artif: è plumbo, aut Ceruſſa in fornacibus paratur; Sandyx veterum.
Miſy, atramentum luteum.
Nephriticus lapis.
Ochra lutea, Lutum montanum, Plumbaria.
Onyx, Lapis Onychinus.
Opalus.

Plumbum album, argentarium, nigrum, lotũ, vſtum, eiuſque ſcobs.
Plumbago, Molybdæna, Galena, Lapis Plumbarius.
Pompholyx ſiue Tuthia, Nihili album.

Rubinus lapis, Pyropus, Carbunculus Amethyſtizon.
Rubrica fabrilis, ſynopica.

Sapphyrus, Syrtites, Cyanos, Oſtracius.
Sardinus lapis, Sarda, Corneolus.
Scoria, recrementum argenti, ferri.
Smaragdus lapis, Berillus.
Spodium, Antiſpodium, Nil griſeum.
Sulphur, Caballinum griſeum, citreum, Virgineum, Viuum, ſublimatum, eiuſque flores.
Sory, Atramentum metallicum, griſeum.
Smyris, Smerillus.
Terra { Sigillata, Lemnia ſacra, Sphragis. Samia Selinuſia. Sileſiaca, Strigenſis, Solis Axungia. }
Tartarum, fæx vini.
Talchum, Magnetis.
Topaſius lapis & Turcoſius.
Teſtæ fornaceæ.

*Plura iiſdem ſimplicibus nomina, ſæpe condonamus, & diuerſa quandoque ſpecierum indiuidua diſtinguendo ſupponimus. Succedanea antiballomena in claſſes redigere minimè placuit, ne vel in ſubſtitutis audaculi, viliora & ſpuria, pro magis pretioſis & legitimis arripiant: hæc enim (quo dee) ſuo ſemper loco ſubiecimus. Simplicium capita ſic recenſuimus, vt ſub his recenſita enumeraſſe ſufficiat. Hæc ſi aduertant, dictum ſatis.*

NVNCV-

# NVNCVPATIONVM QVARVNDAM COMMVNIVM INTERPRETATIO.

## QVINQVE FLORES CORDIALES.

Roſarum.
Violarum.
Borraginis.
Bugloſſi.
Anthos, vel Meliſſę.

## QVINQVE HERBÆ EMOLLIENTES.

Althæa.
Malua.
Beta, Branca vrſina, Acanthus.
Mercurialis.
Violaria. Parietaria.

## QVATVOR SEMINA CALIDA MAIORA, CARMINATIVA.

Aniſi.
Fœniculi.
Carui.
Cumini.

## QVATVOR SEMINA CALIDA MINORA.

Ammeos.
Amomi.
Apij, Latifolij, criſpi, ſatiui.
Dauci, Pimpinellæ vulgaris.

## QVATVOR SEMINA FRIGIDA MAIORA.

Cucurbitæ.
Cucumeris.
Citruli.
Melonum.

## QVATVOR SEMINA FRIGIDA MINORA.

Endiuiæ, Anguſtifolij. } Intybi.
Cichorij, Latifolij } Intybi.
Lactucæ.
Portulacæ.

## QVINQVE RADICES COMMVNES APERITIVÆ, DIVRETICÆ, MAIORES.

Apij.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci.

## RADICES DVÆ.

Fœniculi.
Petroſelini.

## QVINQVE RADICES APERIENTES MINORES.

Graminis.
Eryngij.
Capparis.
Ononidis.
Rubiæ.

## QVINQVE HERBÆ CAPILLARES.

Adianthū { nigrum, ſeu Capillus Veneris. / album, ſeu Ruta muraria. }
Polytrichon aureum.
Trichomanes. Saluia Vita.
Aſplenium, Ceterach.

## QVATVOR AQVÆ PLEVRITICÆ.

Cardui B. Mariæ.
Taraxaconis.
Cardui Benedicti.
Scabioſæ.

## FLORES COMMVNES CALIDI.

Chamæmeli.
Meliloti.
Ireos, ſeu Lilij.

## TRIA OLEA STOMACHICA.

Abſinthij.
Cydoniorum.
Maſtichinum.

## QVATVOR VNGVENTA CALIDA.

Agrippæ.
Althææ.
Aregon.
Martiatum.

## QVATVOR VNGVENTA FRIGIDA.

Album Caphuratum.
Populeon.
Refrigerans Galeni.
Roſatum Meſuæ.

## QVATVOR VNGVENTA CHIRVRGIS AD MANVM.

Baſilicon, digerit, maturat. 144
Viride Apoſtolorum, mundificat.
Aureum, incarnat.
Album, cicatrizat.

## FRAGMENTA PRETIOSA.

Sapphyri, Syrtitæ.
Granati, Carbunculi Charcedonici.
Smaragdi.
Hyacinthi, Chryſolithi, Amethiſti.
Sardæ ſeu Corneoli, Sardini Rubini, Pyropi.
Margaritarum, Vnionum.

*Hæc qui meminerit Pharmacopœus, ſi non ſategerit, peccabit minus: qui non meminerit, errabit nimis.*

# AQVÆ SIMPLICIO-RES DISTILLANDÆ, QVÆ VSVI, ET SVNT IN VSV.

Aqua Abrotoni.
Abſinthij vtriuſque.
Acac prunell.ſylueſt. Flor.
Acetoſæ ſeu Oxalidis.
Acetoſellæ ſeu Luiulæ.
Adianthi.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Alkekengi,Halicacabi.
Althæę.
Alſines.
Anagallidis.
Anethi.
Angelicæ.
Anguriæ,Melopeponum.
Anthemidis.
Apij.
Aquilegiæ.
Arnogloſſi.
Arancior: Flor.
Ari.

Aqua Artemiſiæ.
Aſari rad:
Aſparag:
Auriculæ Muris.
Barbæ hirci, Scurzoneræ.
Bardanæ.
Baſilici.
Berber:
Betonicæ.
Betulæ arb.
Borraginis.
Braſſicæ.
Bryoniæ.
Bugloſſi.
Burſæ paſtoris.
Calami aromatici.
Calaminthæ vtriuſque.
Calendulæ.
Capillorum Veneris.
Caprifolij florum.

Aqua Cardui benedicti.
Centaurij.
Centinodiæ, ſiue Polygoni.
Ceparum.
Ceraſorum nigrorum.
Cerefolij.
Chamæmeli.
Chamępityos, Iuę arthetice.
Chelidonij.
Cichorij.
Citri Pomorum.
Citrulorum.
Cochleariæ.
Cochlearum.
Conſolidæ maioris.
Corticum Iuglandium.
Craſſulæ.
Cucurbitæ.
Cuſcutæ.
Cynogloſſi.
Cytoniorum.
Dentis Leonis.
Ebuli.
Endiuiæ.
Enulæ.
Eupatorij:
Euphragiæ.
Farfaræ ſeu Tuſſilaginis.
Florum Roriſmarini.
Cyani.
Fabarum.
Lamij.
Siliginis.
Tiliæ.
Tunicæ.
Fœniculi.
Fragariæ, & fragorum.
Fraxini.

Aqua Fumariæ.
Fungorum.
Galegæ.
Geniſtæ.
Gentianæ.
Geranij.
Graminis.
Hederæ vtriuſque.
Helxines, Volubilis.
Herniariæ.
Hippuridis, Caudæ equinæ.
Hirundinum.
Hyperici.
Hyſſopi.
Iridis.
Iuniperi ex granis.
Lactucæ.
Lapathi acuti.
Lauendulæ.
Leuiſtici.
Liguſtri florum.
Lilij Conuallium, & albi.
Linariæ.
Lupulorum.
Maioranæ.
Maluæ.
Marrhubij ſeu Praſij.
Matricariæ.
Meliloti.
Meliſſæ.
Mellis.
Melonum.
Mentaſtri.
Menthæ.
è Mercuriali.
Milij Solis.
Millefolij.
Mororum Celſi.

Mor-

Aqua Morſus Diaboli.
Naſturtij.
Nicotianæ.
Nucum immaturarum.
Nummulariæ.
Nymphææ.
Ononidis.
Origani.
Papaueris vtriuſque.
Parietariæ, Helxines.
Petaſitæ.
Petroſelini.
Periclymeni.
Picarum.
Pimpinellæ
Plantaginis vtriuſque.
Pœoniæ.
Polygonati, i. Sigilli Salomonis.
Polytrichi.
Portulacæ.
Primulæ Veris.
Prunellæ.
Pulegij.
Pyrolæ.
Pyrorum ſylueſtr:
Quercus, ſc: germinum, fol:
Raparum.
Raphani.
Roris Maialis.
Roſarum { Albarum. Damaſcenarũ. Rubrarum.

Aqua Rutæ.
Sabinæ.
Saluiæ vtriuſque.
Sambuci.
Saniculæ.
Satureiæ.
Satyrionis.
Saxifragiæ.
Scabioſæ.
Scolopendrij, Phyllitidis.
Scordii.
Scrophularię.
Sedi ſeu Sempervivi.
Senecionis.
Serpylli.
Solani
Spermatis Ranarum.
Spicæ Nardi·
Squamariæ.
Tamariſci.
Tanaceti.
Tormentillæ.
Valerianæ.
Verbaſci, Tapſi barbati.
Verbenæ.
Veronicæ.
Violarum.
Vitium lachrymæ.
Vlmariæ, Reginæ Prati, Barbæ Capri.
Vngulæ Caballinæ, Tuſſilaginis, Farfaræ.
Vrticæ.

*Diſtillare iam doctos non docemus, ſeu per aſcenſum, ſeu deſcenſum. Monemus modò, caueatur empyrevma.*

# AQVÆ COMPOSITÆ.

### AQVA ABSINTHII MINVS COMPOSITA.

℞ Abſinthij Sicci libras duas.
Semin: Aniſi libram dimidiam.
Macerentur in ſpiritus tenuioris aquæ vitę congiis ſex, per horas viginti quatuor, deinde extrahatur ſpiritus per Alembicum addendo poſt diſtillationem,
Sacchari puriſſimi quantũ ſatis.

9. lib: Pints 7. Quartes

Eodem modo parantur
Aquæ Folior. Angelicæ cum toto.
Semin: Aniſi.
Cortic: Aurantiorum.
Limonum.
Herbar: Meliſſæ.
Menthę.
Roriſmarini.
Saluiæ, &c.

### AQVA ABSINTHII MAGIS COMPOSITA.

℞ Abſinthii Pontici.
Vulgaris ana. librã vnam.
Saluiæ.
Menthæ.
Meliſſæ ana. manipul. duos.
Radic: Galangæ.
Zingiberis.
Calami aromatici.
Enulę Campanæ ana. drachmas tres.
Glycyrrhizæ vnciam vnam.
Vuarum paſſarum exacinatarum vncias tres.
Semin. Aniſi.
Fœniculi dulcis ana drachmas ſex.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Nucis Moſchatæ ana. drachmas duas.
Cardamomi.
Cubebarum, ana. drachmam vnam.
Incidantur incidenda, Contundantur contundenda, & in
Vini Hiſpanici libris viginti quatuor infundantur per horas viginti quatuor, deinde diſtillentur in Alembico ſecundum artem: poſt adde Sacchari ad gratiam. q. ſ.

### AQVA ANGELICÆ MAGIS COMPOSITA.

℞ Angelicæ libras duas.
Aniſi ſemilibram.
Coriandri.
Carui ana. vncias quatuor.
Zedoariæ conciſæ vncias tres.
Macerentur in ſpiritus vini tenuioris ſex congijs per horas viginti quatuor, deinde extrahatur ſpiritus fortis.

AQVA

### AQVA BEZOARTICA BREVIS LANGII. lib.3.epiſt.1.

℞ Chelidonij cum radicibus lotis manipul. tres ſemis.
Rutæ manipul. vnum.
Scordij manipul. duos.
Dictamni Cretenſis.
Cardui benedicti ana.manipul. vnum ſemis.
Radic: Zedoariæ,
Angelicæ ana. drachmas tres.
Cortic: Citri,
Limonum ana. drachmas duas ſemis.
Florum Tunicæ.
Roſarum ana. drachmas duas.
Cinnamomi drachmas duas ſemis.
Caryophyllorum drachmas duas.
Theriacæ Andromachi vncias tres.
Mithridatij vnciam vnam ſemis.
Camphoræ ſcrupulos duos.
Trochiſcorum de vipera.
Macis ana. drachmam vnam ſemis.
Xyloaloes ſcrupulos duos.
Santali Citrini drachmam vnam ſemis.
Cinnamomi drachmas tres.
Caryophyllorum drachmas duas ſemis.
Conſeruæ florum Tunicę vncias duas.
Semin: Cardui benedicti vnciam vnam.
Specierum Electuarii Liberantis ſcrupulos quinque.
Limaturæ cornu Monocerotis vel Cerui drachmam vnam ſemis.
Incidenda incidantur & per tridum macerentur in ſpiritus vini optimi, & [illegible]
Vini Maluatici,ana.libris tribus.
Aceti florum Tunicæ libra dimidia,
Et lentiſſimo igne diſtillentur per B.M. S.A.
Poſtquam ad medias facta fuerit diſtillatio, Quod in veſica erit, colari poſſit per pannum lineum, Colatura diſtillatione reduci in Extractum mellagineum, quod aſſeruetur ſub nomine Extracti Bezoartici; & hoc modo ex omnibus penè aquis compoſitis Extracta parari poſſunt.

### AQVA CAPONIS.

℞ Caponem euiſceratum, atque in fruſta inciſum,ademptâ pinguedine; decoque in quantitate ſufficienti aquæ ſecundùm artem.
℞ Brodij colati libras duas ſemis.
Aquarum Borraginis,
Bugloſſi.
Vini albi ana. librã vnam ſemis.

Flor:

Flor: Roſarum.
Violarum.
Bugloſſi.
Borraginis ana. drachmas duas.
Micarum Panis recentis librá dimidiam.
Cinnamomi electi fracti vnciam vnam.
Diſtillentur in Alembico vitreo ſecundum artem.

## AQVA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi libram vnam ſemis.
Vini Hiſpanici libras duodecim.
Macerentur & diſtillentur per Alembicum. Stillatitio liquori addatur libra vna Sacchari puriſſimi in tenuiſſimum pollinem redacti, ſi videbitur.

## AQVA CINNAMOMI MATTHIOLI.

℞ Cinnamomi contuſi libram vnam. ponatur in matracium affundendo,
Aquæ Roſaceæ libras quatuor.
Vini Hiſpanici librá vná ſemis.
& optimè occluſo vaſe ponantur in Balneum tepidum per horas viginti quatuor, deinde aperto vaſe & ſuperpoſito roſtro diſtillentur ſ. a. iuncturis optimè clauſis, ne quid tranſpiret.

## AQVA CINNAMOMI CLARETA PER INFVSIONEM.

D. Mayernij

℞ Cinnamomi interioris contuſi vncias quatuor.
Spiritus vini rectificatiſſimi libras duas.
Fiat infuſio per quatriduum vaſe amplo, vitreo, ſubere & veſicâ apprimè clauſo, vas quotidie bis terue agitando. Seorſim vero diſſoluatur libra dimidia Sacchari candi Cryſtallini in libris duabus Aquæ Roſarum. Miſceantur iſti duo liquores colati, & indatur nodulus continens,
Ambræ griſeæ ſcrupulum dimidium.
Moſchi Orientalis grana quatuor.
ſeruentur ad vſum.

## AQVA COELESTIS MATTHIOLI.

℞ Cinnamomi vnciam vnam.
Zingiberis vnciam dimidiam.
Santalorũ omnium ana. drachmas ſex.
Caryophyllorum.
Galangæ.
Nucis Moſchatæ an. drachmas duas ſemis.
Macis.
Cubebarũ ana. drachmam vná.
Cardamomi vtriuſque.

Semin:

Semin: Melanthij ana. drachmas tres.
Zedoariæ vnciá dimidiá.
Semin: Aniſi.
Fœniculi dulcis.
Paſtinacæ ſylueſtris.
Ocimi drachmam vnam ſemis.
Radic: Angelicæ.
Caryophyllatæ.
Glycyrrhizæ.
Calami odorati.
Phu minoris.
Folior: Sclareæ.
Thymi.
Calaminthæ.
Pulegij.
Menthæ.
Serpylli.
Maioranæ ana. drachmas duas.
Florum Roſarum rubrarum.
Saluiæ.
Roriſmarini.
Betonicæ.
Stœchados.
Bugloſſi.
Borraginis ana. drachmá vnam ſemis.
Corticum Citri drachmas tres.
Terantur quæ terenda ſunt, & macerentur per dies quindecim in libris duodecim ſpiritus vini optimi, in vaſe vitreo optimè clauſo, deinde diſtillentur in B. ſ. a.
Poſtea aquæ diſtillatæ adde
Specierum Diambræ.
Aromatici roſati.
Diamoſchi dulcis.
Diamargariti frigidi.
Diarhodon Abbatis.
Electuarij de Gemmis an. drachmas tres.
Santali Citrini contuſi drachmas duas.
Moſchi,
Ambræ griſeæ in tela rara ligatorũ ana. ſcrupulum vnum.
Iulepi Roſati clari libram vnã.
Optimè ſimul conquaſſentur, vt Iulepum cum aqua benè incorporari poſſit, deinde clauſo vaſis orificio, cum cera & charta pergamena, reponantur, dum reſidentiam depoſuerint, & aqua ſit facta clara.

## AQVA CORDIALIS. D. Moundeford

℞ Foliorum Angelicæ libram dimidiam.
Folior: Cardui benedicti vncias ſex.
Meliſſæ.
Saluiæ ana. vncias quatuor.
Semin: Angelicæ vncias ſex.
Semin: Fœniculi dulcis vncias nouem.
Herbæ ſiccæ, & ſemina craſſiuſculè contundantur, quibus adde
Glycyrrhizæ libram vnam.
Specierum Aromatici Roſati Gabrielis.
Diamoſchi dulcis ana. vnciam vnam ſemis.

In-

Infundantur per biduum in vini Hiſpanici libris triginta duabus, diſtillentur ſecundùm artem, lento igne, & extrahe aquæ fortioris libras decem, quibus poſt biduum, adde ſacchari libram vnam ſemis ſoluti in aquæ Roſaceæ libra vna ſemis ſuper ignem.

Ex reliquijs aquæ mitioris, libræ ſex aut plures extrahantur, pro vehiculis Cordialium.

## AQVA CORDIALIS FRIGIDA SAXONIÆ.

℞ Succi Borraginis.
Bugloſſi.
Meliſſæ.
Biſtortæ.
Verbenacæ.
Oxylapathi.
Acetoſæ.
Rutæ Caprariæ.
Myrrhidis.
Cyani maioris,
minoris, vel duplum minoris.
Roſarum.
Calendulæ.
Limonum.
Citri, ana vncias ſex.
Succi Pimpinellæ.
Pentaphylli ana. vncias tres.
Aceti vini albi libram vnam.
Semin: Portulacæ.
Florum Nymphæę ana vncias duas.
Terræ Lemniæ.
Sileſiacæ.
Samiæ, ana vnciam vnam ſemis.
Specierum Diatrionſantalon drachmas ſex.
Margaritarum præparatarum cum acido Citri drachmas tres.

Infundantur ſpecies omnes (præter terras & margaritas) in ſuccis, & factâ maceratione per tres dies diſtillentur in B. per Alembicum vitreum. Liquori ſtillatitio addantur terræ cum Margaritis, & affatim ei miſceantur.

## AQVA ANTEPILEPTICA LANGII.

Lib. 3. Epiſt. 1.

℞ Florum Tiliæ manipul. tres.
Lilij Conualliũ manipul: quinque.
Semin: Pœoniæ conquaſſatorũ vnciam dimidiam.

Infundantur in libris quinque vini albi optimi per dies octo, deinde diſtillentur in B. M. lento igne, poſteà

℞ Florum Roriſmarini manipul: dimidium.
Florum Lauendulæ manipul: vnum.
Herb: Rutæ manipul: vnum.
Betonicæ manipul: dimidium.
Flor: Stœchados Arabicæ pugil: vnum.

Radic:

Radic. Pœoniæ drachmas duas ſemis.
Dictamni albi drachmas duas
Scillæ præparatæ drachmam vnam ſemis.
Pyrethri drachmam dimidiam.
Viſci Quercini drachmas duas.
Caſtorei optimi drachmā vnā.
Cubebarum.
Cardamomi ana. ſcrupul. vnū.
Macis ſemidrachmam.
Caryophyllorū ſcrupul: duos.
Nucis Moſchatę ſcrupul: vnū.

Infundantur inciſa & conquaſſata per dies ſex in prędicta diſtillatione, & iterum diſtillentur per Alembicum in B.M. lento igne, & ſeruētur in vitro exquiſitè clauſo. Extractum Antepilepticum efficax vnâ eâdemq; paretur operâ.

## AQVA HYSTERICA.

D Mayerny

℞ Succi Radicum Bryonię libras quatuor.
Succi Rutę.
Artemiſię, ana libras duas.
Folior: Siccorum Sabinę manipul. tres.
Matricarię.
Nepetę.
Pulegij regalis, ana manipul. duos.
Folior: Ocimi.
Dictamni Cretici, ana manipul. vnum ſemis.
Corticis Aurantiorum flaui recentis vncias quatuor.
Myrrhæ vncias duas.
Caſtorei vnciam vnam.
Vini Canarini generoſiſſimi libras duodecim.

Digerantur per quatriduum vaſe idoneo, mox fiat in Balneo diſtillatio, deinde ſub medium diſtillationis expreſſio, & colatura: & tandem per diſtillationis continuationem, & tincturæ inſpiſſationem, præparetur Extractum Hyſtericum.

## AQVA IMPERIALIS.

℞ Cortic: Citri ſicci.
Aurantiorum.
Nucis Moſchatæ.
Caryophyllorum.
Cinnamomi, ana vncias duas.
Cyperi.
Ireos Florentinæ.
Calami aromatici, ana vnciam vnam.
Zedoariæ.
Galangæ.
Zingiberis, ana vnciam dimidiam.
Summitat: Lauendulæ.
Roriſmarini, ana manipul. duos.
Folior: Lauri.
Maioranæ.
Hyſſopi.
Meliſſæ.
Menthæ.
Saluiæ.

Thymi, ana manipul. vnum.
Roſarum albarum.
Pallidarum recentium ana manip. dimidium.
Aquæ Roſarum libras quatuor.
Vini albi optimi libras octo.

Contuſis contundendis infundantur per horas viginti quatuor in Alembico vitreo ſuper cineres calidos, deinde diſtillentnr vt artis eſt.

## AQVA MELISSÆ MAGIS COMPOSITA.

℞ Meliſſæ libram vnam.
Thymi.
Pulegij, ana drachmas tres.
Cinnamomi drachmas duas.
Cardamomi minoris drachmã vnam.
Granorum Paradiſi vnciam dimidiam.
Semin: Fœniculi dulcis vnciam vnam.
Nucis Moſchatæ.
Zingiberis, ana drachmã vnam.
Galangæ drachmas ſex.
Calami aromatici.
Cyperi ana. drachmam vnam ſemis.
Dictamni drachmã dimidiam.

Contundantur omnia & infundantur in vini Hiſpanici libris octo,
Ceruiſiæ fortis libris ſex.
Diſtillentur per Alembicum.

## AQVA MELLIS.

D. Mayernij

℞ Mellis puriſſimi libras quatuor.
Arenæ ſicciſſimæ libras duas.

Ponantur in cucurbitam tam capacem, vt materia quintam ſaltem vaſis partem occupet, atque in Balneo phlegma in cineribus paulò intenſiore gradu ignis aqua acida flaua proliciatur.

## AQVA MIRABILIS.

℞ Caryophyllorum.
Galangæ.
Cubebarum.
Flor: Meliloti, vel potiùs Macis.
Cardamomi.
Nucis Moſchatæ.
Zingiberis, ana drachmam vnam.
Succi Chelidoniæ libram dimidiam.
Aquæ vitæ libram vnam.
Vini albi libras tres.

Infundantur & diſtillentur per Alembicum.

AQVA

## AQVA RORIS SOLIS vulgò dicta, ROSA SOLIS.

℞ Nucis Moſchatæ,
Semin: Aniſi,
Coriandri, ana vnciam vnam.
Galangæ,
Zingiberis,
Caryophyllorum, ana vnciam dimidiam.
Roſarum rubrarum manipul: vnum.
Roris Solis manipul. ſex.
Glycyrrhizæ raſæ vncias duas.
Cardamomi,
Zedoariæ,
Granor: Paradiſi,
Calami aromatici, ana drachmam vnam.
Santali citrini drachmas duas.
Santali rubri,
Cinnamomi ana vnciam vnam ſemis.
Aquæ vitæ optimæ libras duodecim.
Infundantur ſ. a. & percolatis adde Sacchari libram vnam ſemis.

## AQVA DOCTORIS STEPHANI.

℞ Cinnamomi,
Zingiberis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ,
Granor: Paradiſi,
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Carui ana drachmã vnam.
Herb: Thymi,
Serpylli,
Menthæ,
Saluiæ,
Pulegij,
Parietariæ,
Roriſmarini,
Flor: Roſarum rubrarum,
Chamæmeli,
Origani,
Lauendulæ, ana manipul. vnum.
Vini Gaſconici libras octo.
Infundantur omnia per horas duodecim, deinde in Alembico diſtillentur.

## AQVA PROTHERIACALIS.

℞ Fol: Scordij,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Galegæ, ana manip. duos.
Corticũ Citri,
Aranciorum ſicc: ana vncias duas.
Semin: Citri,
Cardui benedicti,

 Seſeleos,

Seſeleos,
Thlaſpios, ana vnciam vnam.
Florum Calendulæ,
Anthos, ana manip. vnũ.

Incidenda incidantur, & contundenda craſſiuſculè contundantur, & cum vini albi meraci libris quatuor, & aquæ Cardui bened: libris duabus, in vas vitreum immittantur bene obturatum, ità vt per duas hebdomadas inſolentur, vel in ſtupha fumaria per aliquot dies macerentur, factâ l. a. agitatione frequenti. Tum demum in B. M. deſtillentur, ità vt libræ duæ priores extillatæ per ſe ſeparatim vſui reſeruentur. Quæ verò poſteà per deſtillationem effluit aqua, itidem per ſe vſui aſſeruetur; tandemq; ſingulis libris admiſce,

Iulapij Alexandrini vnciam vnam. pag: 26
Aquæ Cinnamomi cochleare vnum.

Haud nos latet plurima ſimplicia ingredi compoſitionẽ Theriacæ, quorum virtutes deſtillatione factâ in B. M. elici nequeunt adamuſſim. Hanc igitur ex induſtria ſubſtituimus, cui tempore exhibitionis Medicus rationalis pro data indicatione vel Theriacam, vel Diaſcordium, vel Syrupum aliquem conuenientem poterit adijcere. Receptas tamen Theriacales duas adiunximus, ne prçuaricati videamur.

## AQVA THERIACALIS LVGDVNENSIS PER INFVSIONEM.

℞ Vini optimi diſtillati aliquoties,
Vini Cretici,
Aceti acerrimi, in quo ſemina Rutæ fuerint incocta, ana libras duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatij optimi, ana libram dimidiam.

Miſceac inſolentur, vel tepore Balnei aliquandiu calefiant ac deinde aſſeruetur vſui aqua colata.

## AQVA THERIACALIS STILLATITIA.

D. Mayernij

℞ Succi putaminis viridis nucum Iuglandium libras quatuor.
Succi Rutæ libras tres.
Succor: Cardui benedicti,
Calendulæ,
Meliſſæ, ana libras duas.
Radicum Petaſitæ recentium libram vnam ſemis.
Radic: Bardanæ libram vnam.
Rad: Angelicæ } recentiũ, ana
Imperatoriç } vncias ſex.
Folior: Scordij manip. quatuor.
Theriacæ Andromachi veteris & probatæ,
Mithridatij, ana vncias octo.
Vini Canarini generoſiſſimi libras duodecim.
Aceti vini albi acerrimi libras ſex.

Succi

Succi Limonum libras duas.

Fiat per biduum digeſtio in fimo equino, vel Balneo, vaſe optimè clauſo, deinde per Balneum diſtillatio: & hinc inter diſtillandum paretur extractū Theriacale.

## AQVA VITÆ vulgò ſic dicta, vbique venalis, ad vſum pauperum.

℞ Ceruiſiæ, & fœcum vini, ana quantum vis, extrahatur ſpiritus tenuis in Alembico amplo, cuius roſtrū per aquam frigidam tranſeat, in cuius ſpiritus congijs decem macera ſemin: Aniſi parùm contuſorum libram vnam, per horas viginti quatuor, deinde extrahatur ſpiritus fortis.

## AQVA COMPOSITA.

Fit ex ſpiritibus tenuioribus vini, in quorum congijs ſex, macerentur

Sem. Aniſi ſemi libra,
Fœniculi,
Carui, ana vnciæ duæ.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Zingiberis an: vncia dimidia.

Et poſteà extrahatur ſpiritus fortior.

## SPIRITVS CASTOREI.

D. Mayernij

℞ Caſtorei recentis vncias quatuor.
Florum Lauendulæ recentium vnciam vnam.
Summitat. Saluiæ & Roriſmarini, ana vnciam dimidiam.
Cinnamomi interioris drachmas ſex.
Macis.
Caryophyllorum an. drachmas duas.
Spiritus vini rectificati libras ſex.

Digerantur in Phiala, ad tertias tantum repletâ, veſicâ bubulâ & ſubere optimè clausâ per biduum in cineribus tepidulis vel arena, deinde ſpiritus eliciatur per B.M. vaſe diligentiſſimè obturato aſſeruandus.

## VSQVEBACH.

℞ Aquæ vitæ fortioris libras viginti quatuor, quibus infunde Glycyrrhizæ librâ vnâ.
Vuarum paſſarum libram dimidiam.
Caryophyllorum vnciam dimidiam.
Macis,
Zingiberis, ana drachmas duas.
ſeruetur colatura pro vſu.

AQVA

## AQVA ALVMINIS MAGISTRALIS *FALLOPII.*

*externis vſibus dicata*

℞ Aquarũ Plantaginis.
Roſarum ana libram vnam.
Aluminis Rochæ.
Sublimati ana drachmas duas.

Alumen & Sublimatum terantur, deinde ponantur cum aquis in vas vitreum anguſti oris, bulliantq; ſimul ad conſumptionem medietatis, deinde ſtent per dies quinque vt deſideat Sublimatum, & fœx aluminis, poſteà effundatur aqua limpidiſſima, & ſeruetur in vaſe vitreo. *Fall. morb. Gal. c.* 93.

Proſtant & aliæ, nec alienæ, & apud vulgus plurimæ, quod quaſi Tantalus *Quærit aquas in aquis* è pluribus compoſitæ, & componendæ indies è re præſenti. Authoritatem addimus his apud nos. Pharmacopœij caueant, ne fingant, adulterent, diuendant non artifices, aut Parachymici. Monendum in ſingulis habendum ignis moderamen. Diſtillandorum ſiquidem ſi comparatio, non omnium par ratio. *Metiri rem quamque ſuo modulo, ac pede, verum eſt.* Conſultò autem omittuntur, elaboratæ à nonnullis non otioſè

Antidotalis Alexipharmaca Matthioli.
Arthritica Auguſtanorum.
Aurea Langij, Eraſti.

Balſam: Embryonum. Aug.
Bardanæ compoſ.

Cancrorum cum Sale Ammoniaco.
Cardui Benedicti Magiſtralis.
Cochlearum.
Corrodens.
Calcis.

Fortis.
Fructuum.

Hirundinum.
Hordei.

Nucum.

Ophthalmica.

Panacis Heraclei.

Stapedianæ 2. Auguſtanorum, & complures magiſtrales.

VINA

# VINA MEDICATA.

## VINVM ABSINTHITES.

℞ Abſinthij ſicci manipulum pro vnoquoque Congio vini, immittatur in vas benè obturatū & ſic maneat in infuſione.

## VINVM ANTHOSATVM.

Fit eodem modo, quo vinum Abſinthites: ſic fit et vinum Euphragiæ, vt & reliqua.

## VINVM SCILLITICVM. *GALENI.*

℞ Scillæ albæ montanæ circiter Canis ortum collectæ in laminas conciſæ, libram vnam.

Per dies decem in vmbra refrigera, deinde ſcillæ laminas refrigeratas in vitreum vas mitte, & ſuperinfunde vini albi veteris ſextarios duodecim, & ſuſpenſum vas per dies quadraginta habeto, poſtea ſcillam exime, & abijce.

Affingi, vina poterunt, non modò officinis, popinis, tabernis Hippocratica & Aromaticā ad voluptatem, ſed & alia ad ſanitatem mixta, medicata; quæ (res, locus, tempus vt poſtulant) miſcenda magis Medico committimus, quàm ſcriptis commendamus.

——*Data tempore proſunt*:

In his prætereà

Aquæ, Mellis, Vini, &c.
Mulſa, Oenomeli, Melitites.
Alkekengi.
Aniſi.

Betonicæ.
Borraginatum.
Bugloſſatum.

Ceraſorum acidorum, nigrorum.
Chamædrytes.

E Chamelçæ

E Chamelęæ folijs.
Claretum.
Cydonites.

Ebulatum è fruct:
Enulatum.

Fœniculatum.

Guaiacinum.

Hyſſopites.

Laxatiuum Hippocraticũ.

E Marrubio.
Meliſsatum.
Myrthites.

Nectar.

Palmeum.

Paſsulatum.
E Pyris.
E Punicis.
E Prunis ſylueſtribus.

Rhodites.
Roſmarinatum.

Saccharatum.
Saluiatum.
Scammonites.
Sennæ CAROLO 5. Imp. familiare.
Stœchadis.

Tamaricis.
E Thymelęæ fol. & fruct.

E Veratro nigro.

Zedoarticum.

ACETA

# ACETA MEDICATA.

## ACETVM DISTILLATVM.

℞ Aceti optimi quantum ſufficit; impleatur alembicum ad tertiam tantùm partem, imponatur vas in cineres, & diſtilletur primò lento igne vt phlegma ſeparetur, deinde ſenſim ignem augendo, tandem forti abſoluatur.

## ACETVM ROSACEVM.

*MES.*

℞ Roſarum rubrarum mediæ maturitatis, præſectis & abiectis vnguibus, abſque rore, ſine pluuia collectarum, in vmbra extra ſolem ad triduum aut quatriduum expanſarum & reſiccatarum libram vnam.

Aceti ſextarios octo. *lib. 12*

Inſolentur diebus quadraginta, deinde reponantur, vel (quod melius eſt) abiectis folijs corruptis acetum coletur ac reponatur; mutari etiam folia Roſarum poſſunt, & ſic odore gratius fiet acetum.

## ACETVM SAMBVCINVM.

*MES.*

Fit ex floribus ſiccatis Sambuci, vt Roſaceum.

Eodem modo parari poſſunt Aceta ex floribus ſiccatis,
Anthos.
Calendulæ.
Saluiæ.
Tunicæ. &c.

## ACETVM SCILLITICVM.

*MES.*

℞ Scillæ laminæ inter corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in taleolas ſectæ, Soli aut remiſſo calori exponantur per triginta aut quadraginta dies: dein libra vna minutim conciſa (cultro è candidiore ligno parato, aut eburneo)

in lagenam demittatur, optimi aceti libris ſex vel octo affuſis : vaſculum ritè obturatum (ne quid exhalet) exponatur æſtiuo tempore radijs ſolaribus, triginta aut quadraginta dies : poſteà aperto vaſe totum tanſcoletur, & lagenis diligenter occluſis adſeruetur.

Ex aceto ſcillitico aqua diſtillata gratior & efficacior.

## ACETVM THERIACALE. *NORIMBERG.*

℞ Radic: Chelidonij maioris vnciam vnam ſemis.
Angelicæ.
Oſtrutij.
Gentianæ.
Biſtortæ ſiue Serpentariæ.
Phu veri, Valerianæ.
Pimpinellæ.
Dictamni albi.
Helenij, Carlinæ.
Zedoariæ ana drachmam vnam.
Plantaginis maioris drachmam vnam ſemis.
Folior: Piloſellæ.
Saluiæ.
Scabioſæ.
Scordij.
Dictamni cretici.
Cardui benedicti, ana manipul. dimidium.
Corticum &
Semin: Citri ana drachmam vnam ſemis.
Boli Armeni Orientalis drachmam vnam.
Croci drachmas tres.
Cornu Ceruini drachmam vnam ſemis.

Ex his, Crocus, Cornu Ceruinum, Dictamnus, & Bolus Armenus in linteo ligentur, ac macerentur in libris quinque aceti acerrimi (ſi libet, Rutacei) per plures dies in vaſe fictili vitreato benè clauſo ad temperatum calorem.

In colatura diſſoluantur
Theriacæ optimæ drachmæ quinque.

Et ſæpiùs conquaſſentur, & ſeruentur ad vſum.

## ACETVM THERIACALE.

Optimum etiam parabitur Acetum Theriacale, ſi aquæ Theriacalis propriâ ſectione deſcriptę magmati addantur Caryophyllorum vnciæ duæ, florũ Lauendulæ vncia vna ſemis, atq; affundantur aceti Roſacei & Sambucini acerrimi ana libræ quatuor, fiatq; ſine ebullitione digeſtio in fimo per octiduũ, mox per manicã colatura.

Citratum.
Paſſulatum.
Rutaceum.
De Rubo Idęo.
Violatum.

Aut Nucũ non apponimus, nedũ imponimus Pharmacopœo, ne —*Italo perfuſus aceto*, videatur & rideatur.

DECOC.

# DECOCTA.

## DECOCTVM CARMINATIVVM.

℞ Semin: Aniſi.
Dauci.
Fœniculi.
Cumini.
Carui, ana drachmas tres.
Florum Chamæmeli manipul. dimidium.
Vuarum Paſſarum vnciam vnam ſemis.
Coque in libris duabus aquæ ad medietatem ferè.

## DECOCTVM COMMVNE PRO CLYSTERE.

℞ Maluæ.
Violæ nigræ.
Parietariæ.
Betæ.
Mercurialis ana manipul. vnum.
Semin: Fœniculi vnciam ſemi.
Coquantur in ſ. q. aquæ.

## DECOCTVM COMMVNE, PRO MEDICINA, *GVAYNERII.*

℞ Hordei mundati pugil. vnum.
Prunorum dulcium numero ſex.
Vuarum Paſſarum.
Tamarindorum.
Glycyrrhizæ ana vnciam dimidiam.
Sem. Aniſi.
Fœniculi, ana drachmas duas.
Æſtate adde,
Semin· quatuor frigidorũ maiorum, ana drachmas duas.
Flor: trium Cordialium, ana Pugil. vnum ſemis.
Fiat decoctio in libris duabus aquæ ad partis mediæ conſumptionem.

## DECOCTVM EPITHYMI, *MES.*

℞ Myrobalanorum Indarum.
Stœchados Arabicæ.

Vuarum Paſsarum.
Epithymi, ana vnciam vnam.
Myrobalanorum Chebularum.
Fumiterræ, ana vnciam dimidiam.
Folior: Sennæ, vnciam vnam.
Polypodij quercini drachmas ſex.
Turpeti albi vnciam dimidiam.
Eupatorij drachmas quinque.
Seri lactis caprini, vel vaccini libras tres.
Bulliant omnia ſimul præter Epithymum ad conſumptionem librarum duarum, tunc adde Epithymum, & ſemel ferueſac: tolle ab igne, & adde,
Hellebori nigri drachmam vnam.
Agarici drachmam dimidiam.
Salis Indi drachmam vnam ſemis.
Stent per octo horas vel decem macerata; factâ deinde optimâ expreſſione colentur.

### DECOCTVM FLORVM ET FRVCTVVM.

℞ Caricarum numero quinque.
Prunorum Damaſcenorum numero quindecim.
Iuiubarum.
Sebeſten, ana numero viginti.
Tamarindorum vnciam vnam.
Florum Roſarum.
Violarum.
Borraginis.
Bugloſſi, ana drachmam vnam.
Capillorum Veneris.
Lupulorum.
Endiuiæ, ana manipul. dimidium.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidantur & contundantur pro vſu, & in libris tribus aquæ fontanæ decoquantur ad tertiæ partis conſumptionem.

### DECOCTVM PECTORALE.

℞ Vuarum Paſsarum mundatarũ vnciam vnam.
Sebeſten.
Iuiubarum, ana numero quindecim.
Dactylorum numero ſex.
Caricarum pinguium numero quatuor.
Hordei purgati vnciam vnam.
Glycyrrhizæ vnciã dimidiam.
Capillorum Veneris.
Hyſsopi.
Scabioſæ.
Tuſſilaginis, ana manipul. dimidium.
Incidantur & bulliant in libris tribus aquæ fontanæ, dum libra vna abſumatur.

### DECOCTVM SENNÆ.
*GEREONIS.*

℞ Foliorum Sennæ vncias duas ſemis.

Zingiberis

Zingiberis drachmam vnam.
Florum Borraginis,
Violarum,
Roſarum rubrarum.
Anthos, ana drachmas duas.
Radic: Polipodij quercini vnciam dimidiam.
Vuarum Paſſarum Purgatarum vncias duas.
Sebeſten,
Prunorum, ana numero duodecim.
Aquæ fontis libras quatuor.
Fiat decoctum ſecundùm artem ità vt Senna parùm ebulliat, & vas optimè obturatum per ſex horas dimittatur, dein de exprimatur.

## LAC VIRGINEVM.

℞ Aluminis crudi vncias quatuor.
Decoquantur ad tertias in aquę fontanæ libris duabus, poſteà
℞ Lithargyri libram dimidiam.
Aceti Vini libram vnam ſemis.
Decoquantur ad libram vnam, colentur & commiſceantur ambæ aquæ, & agitentur dum albeſcant Lac Virginis, ſeu Aqua Lithargyri. ab Auguſtanis additur.

# Potio vulneraria, vulgo decoctum Sclopetarium.

℞ Cancrorum fluuiatilium calcinatorum, & in puluerem ſubtiliſſimum redactorum drachmas duas.
Radicum Ariſtolochiæ rotundæ, & Conſolidæ maioris.
Foliorum Prunellæ,
Baccarum Lauri, ana drachmã vnam.

Omnia contuſa leuiter, includantur nodulo lineo raro, & bulliant in libris tribus Vini albi, ad tertiæ partis conſumptionem, addendo circa medium decoctionis, Vincæ Peruincæ pugillum vnum. Fiat colatura ad vſum.

Iſtud autem decoctum paretur ſaltem in rem præſentem iubente Medico.

SYRVPI

# SYRVPI SIMPLICIORES VNA CVM COMPOSITIS QVI SVNT IN VSV.

## SYRVPVS ACETOSVS SIMPLEX, LONDINENSIS.

℞ Sacchari albi libras quinque.
Aceti vini albi libras duas.
Liquentur in ſyrupum ſ.a.

## SYRVPVS ACETOSVS SIMPLEX, MESVÆ.

℞ Aquæ puriſſimæ libras quatuor.
Sacchari albi libras quinque.
Coquantur deſpumando, clarificando, ad conſumptionem medietatis aquæ, affunde interim.
Aceti vini albi libras duas.
Coquantur rurſus in ſyrupum.

## SYRVPVS ACETOSVS COMPOSITVS, MES.

℞ Radic: Apij.
Fœniculi.
Endiuiæ, ana vncias tres.
Semin: Apij.
Fœniculi.
Aniſi, ana vnciam vnã.
Semin: Endiuiæ vnciam dimidiam.
Aquæ puriſſimæ libras ſex.
Coquantur in vaſe vitreato lento igne, donec dimidium aquæ ſuperſit, tum adde percolatis
Sacchari libras tres.
Clarificentur, & adijce
Aceti vini albi libram vnam ſemis.
Coquantur in ſyrupum.

SYRVP.

## SYRVPVS ACETOSITATIS CITRI, MES:

℞ Succi Citri colati ſine expreſſione, & depurati libram vná.
Sacchari libras tres.
Leuitèr coquantur in ſyrupum.
Eâdem proportione parentur Syrupi acidi ex Agreſta.
Succo Berberorum.
Ceraſorum } acid:
Cydoniorum } acid:
Granatorum.
Limonum.
Luiulæ.
Oxalidis.
Ribes.
Et ſic ex reliquis ſuccis, acidis, clarificatis.

## SYRVPVS DE BETONICA SIMPLEX.

℞ Succi Betonicæ depurati libras tres.
Sacchari clarificati libras tres.
fiat Syrupus ſecundùm artem.

Eodem modo parentur Syrupi ex ſucco Borraginis.
Buglоſſi.
Cardui Benedicti.
Chamæmeli.
Cichorij.
Endiuiæ.
Fragorum.
Fumariæ.
Hederæ terreſtris.
Hyperici.
Lupuli.
Mercurialis.
Plantaginis.
Pomorum.
Scabioſæ.
Tuſſilaginis.
Veronicæ.
Et ſic ex reliquis ſuccis non acidis.

## SYRVPVS DE BETONICA COMPOSITVS.

℞ Betonicæ manip. tres.
Maioranæ manip. vnum ſemis.
Thymi.
Roſarum, ana manip. vnum.
Violarum.
Stœchados.
Saluiæ, ana manip. dimidium.
Sem: Fœniculi.
Aniſi.
Ammeos, ana vnciam dimidiam.
Radic: Pœoniæ.
Polypodij.
Fœniculi, ana drachmas quinque.
Fiat decoctio in aquæ libris ſex ad medietatis conſumptionem: colaturæ adde
Succi Betonicæ libras duas.
Sacchari libras tres ſemis.
fiat Syrupus ſecundùm artem.

SYRVP.

## SYRVPVS BIZANTINVS SIMPLEX, MES:

℞ Succi Endiuiæ,
Apij, ana libras duas.
Lupulorum,
Bugloſſi, ana librã vnam.
Bulliant dum ſucci purgentur & clareſcant; his deinde libris quatuor remanentibus, addantur Sacchari optimi libræ quatuor, lento igne percoquantur in ſyrupũ ſ. a.

## SYRVPVS BIZANTINVS COMPOSITVS. *MES.*

℞ Succorum depuratorum analogicè (vt in ſimplici Syrupo) libras quatuor. Quibus incoque
Roſarum rubrarũ vncias duas.
Glycyrrhizæ vnciã dimidiam.
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Apij, ana drachmas tres.
Spicæ Nardi drachmas duas.
Colaturæ adde
Aceti libras duas.
Sacchari libras quatuor.
Coquantur in Syrupum ſ. a.

## SYRVPVS CYDONIORVM. *MES.*

℞ Succi Cydoniorum defœcati libras ſex.
Coque prunis lentis ad medias ſenſim deſpumando, deinde affunde,
Vini rubri vel adſtringentis libras tres.
Sacchari albi libras quatuor.
Denuò decoquantur ad Syrupi conſiſtentiam, qui condiatur
Cinnamomi drachmâ vnâ ſemis.
Caryophyllorum,
Zingiberis, ana ſcrupulis duobus.
Fiat Syrupus ſ. a.

## SYRVPVS DE FVMARIA COMPOSITVS *FERNELII.*

℞ Endiuiæ.
Abſinthij Romani.
Lupulorum.
Caſſuthæ.
Scolopendrij veri, ana manipul. vnum.
Epithymi vnciam vnam ſemis
Coquantur in libris quatuor aquæ ad medias, colatis adde
Succi Fumariæ expurgati librã vnam ſemis.
Succi vtriuſque Bugloſſi, ana libram dimidiam.
Sacchari albi libras quatuor.
Coquantur in ſyrupũ bonæ conſiſtentiæ ſecundùm artem.

### SYRVPVS DE PORTVLACA. *MES.*

℞ Semin: Portulacæ craſſiuſculè tritorum libram dimidiam.
Succi Endiuiæ cocti & depurati libras duas.
Sacchari libras duas.
Aceti vncias nouem.

Macerentur ſemina in ſucco Endiuiæ viginti quatuor horas, poſteà lento igne coquantur ad dimidias, colatura tùm demùm cum Saccharo coquatur in Syrupi conſiſtentiam, ſub finem acetum affundendo.

### SYRVPVS DE TVSSILAGINE COMPOSITVS, *RENODÆI.*

℞ Tuſſilaginis recentis manipul. ſex.
Capill: Veneris ver: manipul. duos.
Hyſſopi manipul. vnum.
Glycyrrhizæ raſæ vncias duas.

Coquantur in libris quatuor aquæ pluuiæ, vel fontis, ad quartæ partis conſumptionem, decoctio coletur, & clarificetur, cui adde
Sacchari albiſſimi libras tres.
Fiat Syrupus perfectè coctus.

### IVLAPIVM ALEXANDRINVM.

℞ Aquæ roſarum rubrarum libras quatuor.
Sacchari albiſſimi libras duas.
Fiat ſ. a. Iulapium.

### IVLEPVM ROSATVM, *MES.*

℞ Aquæ Roſarum libras tres.
Sacchari clarificati libras tres.
Coque ſ. a. & fiat Iulepum.

### IVLEPVM VIOLATVM, *MES.*

Conficitur eodem modo vt Iulepum Roſatum.

### OXYSACCHARVM SIMPLEX, *NICOLAI.*

℞ Sacchari albi libram vnam.
Succi Malorum Granatorum vncias octo.
Aceti optimi vncias quatuor.

Coque facilè ad ignem lentum ad Syrupi conſiſtentiam.

SYRV-

## SYRVPI EX INFVSIONIBVS, VEL DECOCTIS.

### SYRVPVS CAPILLORVM VENERIS, *MES.*

℞ Glycyrrhizæ vncias duas.
Capillorū Veneris vncias quinque.
Ex infuſis in aquæ fontis libris quatuor, decoctis leuiter, colatis fortiter, cum
Sacchari clarificati librâ vnâ ſemis
Fiat ſyrupus ſecundùm artem.
Eſt Adianthinus Fernelij multò compoſitior.

### SYRVPVS DE CINNAMOMO.

℞ Cinnamomi craſſo modo contuſi vncias quatuor.
Macerentur in vini albi libra vna, per triduum; in vaſe vitreo ad lentum ignis calorem, Colentur, Colaturæ adde
Sacchari albi librâ vnam ſemis.
Lentè omnia coquantur, & fiat ſyrupus ſ. a.
Eodem modo parari poſſunt ſyrupi ex ſemin: Aniſi.
Fœniculi dulcis.
Caryophyllis.
Nucibus Moſchatis.
Zingibere, &c.

### SYRVPVS è CORALLIIS SIMPLEX.

℞ Corallij rubicundiſſimi, tenuiſſimè puluериſati q. v.
Diſſoluatur in matracio vitreo in B.M. in ea ſucci berberorum optimè depurati quantitate, vt materiam quatuor digitos ſupernatet: Collum Matracij ſubere, vel cerâ occludatur, illicque ſtet per triduum. Effunde quod fuerit diſſolutum, & novum ſuccum depuratū fœcibus affunde, & in cæteris procedatur vt priùs, vſque dum Corallium fuerit diſſolutum, & repetatur ſæpiùs, dùm ſuccus acidus quid è Coralliјs exuxerit. Ad librâ vnam dicti ſucci colati, adde Sacchari albiſſimi libram vnam, & decoquantur ad ſyrupi conſiſtentiam. In hoc autem Syrupo parando cùm artificio, tum dexteritate ſingulari opus, ne à ſcopo aberret artifex.

### SYRVPVS è CORALLIIS COMPOSITVS.

℞ Corall: rubicundiſſ: vncias ſex.
Reducantur in Alkool leuigando ſuper porphyrite, cùm pauca aqua Roſarum, adde
Succi depurati Limonum in B. M. à phlegmate liberati vncias ſedecim.

Succi depurati Berberis vncias octo.
Aceti vini albi acerrimi.
Succi limpidiſſimi Luiulæ, ana vncias ſex.
Fiat digeſtio in Balneo, vel in fimo equino per octiduum, in phyala vitrea ampla, ſubere & veſicâ bubulâ optimè clauſâ, vas quotidiè concutiendo, mox fiat per chartam Emporeticam colatura, de qua cape libram vnam ſemis.
Succi puriſsimi Cydoniorũ libram dimidiam.
Sacchari Roſati vncias duodecim.
Syrupi florum Vetonicæ rubræ vncias ſedecim.
Miſce, & lentiſsimo Balnei calore ſuperfluus liquor euocetur, donec fiat Syrupus, cui indatur nodulus continens,
Ambræ griſeæ drachmam dimidiam.
Moſchi orientalis grana quatuor.
Seruetur ad vſum. Syrupus florum Vetonicæ addatur poſt euaporationem.

## SYRVPVS INFVSIONIS FLORVM CARYOPHYLLORVM, Seu VETONICÆ RVBRÆ.

℞ Florum Caryophyllorum præciſis vnguibus librã vnam.
Infundantur (ſi placet, pluries) in aquæ fontis libris tribus per noctem, poſteà cum Sacchari libris duabus, coquantur in ſyrupũ ſecundùm artem.

## SYRVPVS DE CORTICIBVS CITRI, *MES.*

℞ Corticum exteriorum & tenuiſsimorum Citri ſiccatorum vncias quinque.
Granorum Kermes, vel ſucci eorum aduecti drachmas duas.
Aquæ fontanæ libras quatuor.
Macerentur per noctem, & coquantur ad medietatis conſumptionem, colaturæ adde
Sacchari optimi libras duas ſemis.
Fiat Syrupus ſ.a.
Aromatizetur Moſchi orientalis granis ſex, inuolutis in Syndone & impendentibus.

## SYRVPVS FLORVM NYMPHÆÆ SIMPLEX. *NICOLAI.*

℞ Partium albiſsimarum florum Nymphęæ albæ libram vnam.
Infunde in aquæ calidæ libris tribus per horas ſeptem, deinde bulliant

bulliant parùm, colaturæ denuò adde parem florum recentium quantitatem, & par fiat maceratio & expreſſio; idque ter repetatur; colaturæ clarificatæ adde æquum ſacchari pondus, & fiat ſyrupus ſ. a.

## SYRVPVS NYMPHÆÆ COMPOSITVS *FERNELII.*

℞ Florum Nymphęæ recentium libram mediam.
Florum Violarum vncias duas.
Foliorum Lactucæ manipul. duos.
Sem: Lactucæ.
Portulacæ.
Cucurbitæ, ana vnciam mediam.
Coquantur in libris quatuor aquæ, dum tres ſuperſint: expreſſo adde,
Aquæ Roſarũ ſtillatitiæ libram mediam.
Sacchari albi libras quatuor.
Percoquantur in ſyrupum ſ. a.

## SYRVPVS DE MECONIO. *MES.*

℞ Capitum Papaueris albi mediocriter maturorum & recentium vncias octo.
Capitum Papaueris nigri recentium vncias ſex.
Aquæ pluvialis libras quatuor.
Coquantur ad dimidias, deinde adde colaturæ
Sacchari vncias ſedecim. & percoquantur in ſyrupum ſ. a.
pro Diacodio qui poteſt vſurpari.

## SYRVPVM è PAPAVERE ſic alibi confecimus.

℞ Capitum Papaueris albi,
Nigri, recentium, ana vncias ſex.
Seminum Lactucæ.
Florum Violarum, ana vnciam vnam.
Aquæ libras octo.
Coquantur dum capita intabuerint, & colaturæ addantur Sacchari libræ quatuor: ad iuſtam conſiſtentiam rurſum coquantur.

## SYRVPVS DE PAPAVERE COMPOSITVS. *MES.*

℞ Capitum cum Seminibus Papaueris albi & nigri, ana drachmas quinquaginta.
Capillorum Veneris drachmas quindecim.
Glycyrrhizę drachmas quinque.
Iuiubarum numero triginta.
Sem: Lactucæ drachmas quadraginta.
Sem: Maluæ & Cydoniorum, ana

ana drachmã vnã & ſemis.
Coquantur in libris octo aquæ vltra medietatis conſumptionem.
℞ Colaturæ libras tres.
Penidiorum,
Sacchari, ana libram vnam.
Fiat Syrupus.
Ligentur Semina Cydoniorum, Maluarum, in linteo raro.

## SYRVPVS DE PAPAVERE ERRATICO.

℞ Florum recentium Papaueris rhęadis libras duas.
Infundantur in libris quatuor aquæ fontanæ per viginti quatuor horas, cùm
Sacchari libris tribus.
Percoquantur in ſyrupum ſ. a.

## SYRVPVS EX FLORIBVS PERSICORVM.

℞ Florum Perſicorum recentium libram vnam.
Macerentur in libris tribus aquæ tepidæ, horas duodecim, deinde bulliant parùm & exprimantur. Tum par florum quantitas infundatur & exprimatur; idque quater aut quinquies iteretur, vel etiam ſexies, ſi florum ſuppetat vbertas; poſtremæ colaturæ libris tribus, adde
Sacchari libras duas ſemis.
fiat ſyrupus ſ. a.

## SYRVPVS DE ROSIS SICCIS, *MES.*

℞ Aquæ ſimplicis libras quatuor, in qua tepida macera horis viginti quatuor,
Roſarum rubrarum arefactarũ libram vnam, in expreſſo ſolue
Sacchari albi libras duas.
Coquantur in ſyrupum ſ. a.

## SYRVPVS ROSACEVS SOLVTIVVS. *MES.*

℞ Infuſionis Roſarum ex Roſis pallidis Damaſcenis recentibus novies infuſis (infuſio fiat eâ proportione vt pro qualibet libra Roſarum ſumantur aquæ libræ quatuor. in quibus, reiectis prioribus floribus, recentes infundantur) libras ſex.
Sacchari libras quatuor.
fiat decoctio ſ. a. in ſyrupum.

## SYRVPVS ROSACEVS SOLVTIVVS CVM AGARICO.

℞ Agarici electi conciſi vnciam vnam.

Zingiberis

Zingiberis conciſi drachmas duas.
Salis gemmæ drachmam vnam.
Polypodij craſſo modo contuſi vncias duas.
Irrorentur vino albo, deinde infundantur per biduum in infuſionis Roſarum pallidarũ ſupraſcriptæ libra vna ſemis, in cineribus calidis, poſteà expreſſioni adde
Sacchari libram vnam.
fiat Syrupus ſ. a.

## SYRVPVS ROSACEVS SOLVTIVVS HELLEBORATVS, *MONTANI.*

℞ Corticum Myrobalanorũ omnium, ana vncias quatuor.
Contundantur craſsè, & deinde infundantur in libris duodecim infuſionis roſarũ ſupraſcriptæ per horas viginti quatuor, addendo
Foliorum Sennæ.
Epithymi.
Polypodij quercini, ana vncias quatuor.
Caryophyllorũ vnciam vnam.
Sem: Citri.
Glycyrrhizæ, ana vncias quatuor.
Corticum Radicum Hellebori nigri veri drachmas ſex.
Decoquantur omnia ſimul lento igne ad quartæ partis conſumptionem, adde poſteà
Sacchari clarificati libras quinque.
Rhabarbari electi in nodulo ligati drachmas ſedecim.
Fiat Syrupus ſ. a.

## SYRVPVS VIOLARVM.

℞ Florum Violarum mundatorũ libram vnam.
Aquæ fontanæ calentis libram vnam ſemis, vel quantitatem ſufficientem.
Ponantur in vas fictile vitreatum, quod ſubere optimè claudatur, & relinquantur per horas viginti quatuor, deindè fiat fortis expreſſio per prẹlum: expreſſionis cape libram vnam.
Sacchari puriſſimi libras duas.
Miſce, & ad leuem calorem (vt Balnei) fiat ſacchari diſſolutio, & ſeruetur ad vſum.
Paretur etiam ex ſucco, cum ea quantitate ſucci quæ ſit ſufficiens ad diſſoluendum ſaccharum ſine coctione.

## SYRVPI COMPOSITI QVORVM SIMPLICES NON PARANTVR.

## SYRVPVS DE ABSINTHIO. *MES.*

℞ Abſinthij Romani ſiue Pontici libram mediam.
Roſarum rubrarũ vncias duas.
Spicæ

Spicæ Indicæ drachmas tres.
Vini albi antiqui generoſi.
Succi Cydoniorum, ana libras duas ſemis.

Macerentur in vaſe fictili horis viginti quatuor, dein coquantur ad vini conſumptionem, & colaturæ addantur

Sacchari libræ duæ.
Fiat ſyrupus ſ. a.

## SYRVPVS DE ALTHÆA.
*FERNELII.*

℞ Radicum Althęæ vncias duas.
Cicerum rubrorum vnciam vnam.
Radic: Graminis.
Aſparagi.
Glycyrrhizæ mundatæ.
Vuarum Paſſarum enucleatarum, ana vnciam mediam.
Cymarum Althęæ.
Maluæ.
Helxines.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Adianthi albi & nigri, ana manipul. vnum.
Quatuor ſeminum frigidorum maiorum & minorum, ana drachmas tres.

Coquantur ex aquæ libris ſex, dum quatuor ſuperſint, & colatura cum

Sacchari albi libris quatuor,

Fiat Syrupus. Quædam ſecùs in ſyrupo Theod. Baronij.

## SYRVPVS DE ARTEMISIA
*MATTHÆI DE GRADI.*

℞ Artemiſiæ manipul. duos.
Pulegij.
Calaminthę.
Origani.
Meliſsæ.
Perſicariæ, ſiue Hydropiperis.
Dictamni Cretici.
Sabinæ.
Sampſuchi, i. Maioranæ.
Chamædryos.
Perforatæ, i. Hyperici.
Chamępityos.
Matricariæ cum flore.
Centaurij minoris.
Rutæ.
Betonicæ.
Bugloſsi, ana manipul. vnum.
Radic: Fœniculi.
Apij.
Petroſelini.
Aſparagi.
Ruſci.
Saxifragiæ.
Enulæ.
Cyperi.
Rubiæ tinctorum.
Ireos.
Pœoniæ, ana vnciam vnam.
Baccar: Iuniperi.
Sem: Leuiſtici.
Petroſelini.
Apij.

Aniſi

Aniſi.
Nigellæ.
Carpobalſami, ſiue
Cubebarum.
Coſti, ſeũ Zedoariæ.
Radic: Aſari.
Pyrethri.
Caſiæ ligneæ.
Cardamomi.
Calami aromatici.
Phu, ana vnciam dimidiam.

Trita, quaſſata infundantur in libris duodecim aquæ per horas viginti quatuor, poſteà decoquantur ad medietatis aquæ conſumptionem, & tunc dimittantur ab igne, donec aqua tepuerit, & fricata colentur, & colaturæ addantur Mellis & Sacchari, ana libræ duæ, & propter viſcoſitatem adde Aceti acuti, vel Scillitici magis vel minùs ſecundùm quod placet, & fiat Syrupus, & aromatizetur cum

Cinnamomi & Spicæ, ana drachmis tribus.

Aromata ſub finem bulliant.

## SYRVPVS AVGVSTANVS, VEL DE RHABARBARO AVGVTANORVM.

℞ Rhabarbari optimi,
Foliorum Sennæ, ana vncias duas ſemis.
Florum violarũ, manip. vnum.
Cinnamomi drachmam vnam ſemis.
Zingiberis drachmam dimidiam.
Aquarum Betonicæ.
Cichorij.
Bugloſſi, ana libram vnam ſemis.

Infundantur per noctem: colatura mane facta decoquatur in ſyrupum cum

Sacchari electi, libra vna ſemis, addendo
Syrupi roſati ſolutiui ſequentis vncias quatuor.

## SYRVPVS ROSATVS SOLVTIVVS SINE HELLEBORO.

℞ Myrobalanorum omnium, ana vncias duas.

Contundantur craſſo modo, fricentur oleo Amigdalarũ dulciũ, & infundantur in libris quindecim infuſionis roſarum, horis viginti quatuor, cui adde

Radicum Polypodij vncias duas ſemis.
Sem: Carthami vnciam vnam ſemis.
Sem: Aniſi.
Fœniculi, ana drachmas ſex.
Foliorum Sennæ vncias tres.
Epithymi vnciam vnam ſemis.
Corticum citri vnciam vnam.
Caryophyllorum vnciam dimidiam.

Nucis Moſchatæ drachmas tres.
Fiat rurſus infuſio horis viginti quatuor,quibus elapſis, fortiſſima fiat expreſsio, & adde ad liquoris ſingulas libras duas,
Sacchari libram vnam.
Fiat ſyrupus. Et hic ingreditur compoſitionem Syrupi de Rhabarbaro Auguſtanorum.

## SYRVPVS DE CICHORIO CVM RHABARBARO.

℞ Hordei integri.
Radic: Apij.
Fœniculi.
Aſparagi, ana vncias duas.
Cichorij.
Taraxaci, i. dentis leonis.
Endiuiæ.
Cicerbitæ ſeu Sonchi læuis, ana manipul. duos.
Lactucæ domeſticæ.
Lichenis, i. Hepaticæ.
Fumariæ.
Summitatum Lupuli, ana manipul. vnum.
Capillorum Veneris.
Adiãthi albi, ſeu Rutę Murarię.
Ceterach, ſeu Aſpleni.
Glycyrrhizæ.
Semin: Alkakengi.
Cuſcutæ, ana drachmas ſex.
Coquantur in libris duodecim aquæ fontanæ ad tertiæ partis conſumptionem : in colatura diſſolue,
Sacchari libras ſex.
Cui dum fit coctio, adde
Rhabarbari vncias ſex.
Spicæ Nardi drachmas ſex.
Hæc in nodulo ex panno raro ſemel aut iterum bulliant, præmacerata calente decocto, & ſæpiùs exprimantur. Poteſt etiam commodè, in ſyrupo iam perfectè cocto, ſuſpendi nodulus ex his poſtremis.

## SYRVPVS DE EPITHYMO.
*MES.*

℞ Epithymi boni drachmas viginti.
Myrobalanorum Citrinarum.
Indarum, ana drachmas quindecim.
Cuſcutæ.
Fumiterræ, ana drachmas decem.
Thymi.
Calaminthæ.
Bugloſſi.
Stœchados.
Glycyrrhizæ.
Polypodij.
Agarici.
Myrobalanorũ Emblicarum.
Belliricarũ, ana drachmas ſex.
Roſarum.
Semin: Fœniculi.

Aniſi,

Aniſi, ana drachmas duas ſemis.
Prunorum dulcium numero viginti.
Vuarum paſſarum purgatarum vncias quatuor.
Tamarindorum, vncias duas ſemis.
Poſt macerationem 24 horarũ coquantur in aquæ libris decem ad libras ſex, dein remota ab igne, exprimantur, & expreſſis addantur,
Sacchari clarificati libræ quinque.
Percoquantur in ſyrupum.

## SYRVPVS DE EVPATORIO. *MES.*

℞ Radic: Apij.
Fœniculi.
Cichorij, ana vncias duas.
Glycyrrhizæ.
Schœnanthi.
Cuſcutæ.
Abſinthij.
Roſarum, ana drachmas ſex.
Capillorum Veneris.
Bedeguar. } vel eius vice rad: Card. Mariæ, vel e-
Suchahæ. } ius vice rad: Caryophyllatæ.
Florum aut radicum Bugloſſi.
Sem: Aniſi.
Fœniculi.
Eupatorij, i. Agerati, ana drachmas quinque.
Rhabarbari.
Maſtiches, ana drachmas tres.
Spicæ Nardi Indicæ,
(Quidam addunt Aſari.)
Folij, ſeu ſpicæ Romanæ; ana drachmas duas.
Coquantur in aquæ libris octo ad tertiæ partis conſumptionem; Expreſſum cum
Sacchari albi ſoluti libris quatuor,
Succorum Apij clarificati, &
Endiuiæ, ana libra dimidia
Percoquatur in ſyrupum.

## SYRVPVS è GLYCYRRHIZA. *MES.*

℞ Glycyrrhizæ recentis raſæ & contuſæ vncias duas.
Adianthi albi, ſeu Polytrichi vnciam vnam.
Hyſſopi ſicci vnciã dimidiam.
Macerentur ſimul per horas viginti quatuor in aquæ pluuiæ feruefactæ libris quatuor, dein coquantur ad dimidias; colatura expreſsa clarificetur, cum
Mellis optimi vncijs octo,
Sacchari vncijs ſedecim.
Demùm coquantur in Syrupum, additis ante perfectam illius coctionem
Aquæ roſarum rubrarum ſtillatitiæ vncijs ſex.

## SYRVPVS DE HYSSOPO.
*MES.*

℞ Aquæ fontanæ libras octo.
In quibus circiter horam dimidiam coquatur,
Hordei mundati vncia dimidia.
Dein iniiciantur
Radicũ Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ, inciſarum, ana drachmæ decem.
Et per quartam horæ partem elixentur; poſteà addantur
Iuiubarum,
Sebeſten, ana numero triginta.
Paſſularum mundatarum vncia vna ſemis.
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium, ana numero decem.
Mox imponantur
Semin: Maluæ.
Cydoniorum.
Tragacanthæ linteo raro incluſorũ, ana drachmæ tres.
Poſtremò indantur,
Hyſſopi mediocriter ſicci drachmæ decem.
Capillorũ Veneris drachmæ ſex.
Coquantur ad libras tres, expreſſioni clarificatæ adde,
Sacchari libras duas ſemis.
Fiat Syrupus.

## SYRVPVS IVIVBINVS.
*MES.*

℞ Iuiubarum numero ſexaginta.
Violarum.
Semin: Maluæ, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris.
Glycyrrhizæ raſæ & tuſæ.
Hordei mundati excorticati, ana vnciam vnam.
Semin: Papaueris albi.
Melonum.
Lactucæ.
Cydoniorum.
Gummi Tragacanthæ, ana drachmas tres, } in nodulo.
Coquantur in libris ſex aquæ pluuialis vel fontanæ ad dimidias, adde colatis
Sacchari libras duas.
Fiat Syrupus.

## SYRVPVS EX IVA ARTHRITICA.
Seu
## DE CHAMÆPITY.

℞ Chamæpityos manipul. duos.
Saluiæ.
Roriſmarini.
Lolii.
Origani.
Calaminthæ.

Calaminthæ.
Mentaſtri.
Pulegij.
Hyſſopi.
Thymi.
Rutæ ſatiuæ & ſylueſtris.
Betonicæ.
Serpylli, ana manipul. vnum.
Radic: Acori.
Ariſtolochiæ { longæ. rotundæ.
Bryoniæ.
Dictamni.
Gentianæ.
Peucedani.
Phu, ana vnciam vnam ſemis.
Radic: Apij.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci, ana vnciam vnam.
Stœchados.
Semin: Aniſi.
Ammeos.
Carui.
Fœniculi.
Liguſtici.
Seſeleos, ana drachmas tres.
Radic: Pyrethri vnciam ſemis.
Paſſularum vncias duas.
Coquantur ex aquæ q. ſ. poſteà cum
Mellis,
Sacchari, ana libris duabus.
Para, & aromatiza
Cinnamomo.
Nuce Moſchatâ.
Cubebis. ſ. a.

## SYRVPVS MAGISTRALIS AD MELANCHOLIAM.

℞ Succi Pomorum odoriferorum (vulgò **Pearemaynes**) ſeſquilibram.
Borraginis.
Bugloſſi, ana vncias nouem.
Fol: Sennæ orientalis mundatæ ſemilibram.
Semin: Aniſi.
Fœniculi dulcis, ana drachmas tres.
Epithymi Cretenſis vncias duas.
Agarici albiſſimi.
Rhabarbari optimi, ana ſemunciam.
Zingiberis.
Macis, ana ſcrupulos quatuor.
Cinnamomi ſcrupulos duos.
Croci ſemidrachmam.

Agaricus & Senna conciſa cum ſeminibus, Zingibere, atque Mace craſſiuſculè contuſis, macerentur cum Epithymo in ſuccis præſcriptis, horas viginti quatuor. Bulliant deinde lento igne, vſque ad deſpumationem, & per manicam Hippoc: colentur. Colaturæ iam factæ adjiciatur Sacchari albiſſimi ſeſquilibra, & coquantur ſ. a. nec ſine

ſine deſpumatione, ad conſiſtentiam Syrupi, modò inter coquendum, Crocus panno lineo ligatus infricetur. Tum demùm admiſceatur Infuſio Rhabarbari conciſi, cum Cinnamomo craſſiuſculè contuſo, in Vini albi, & ſucci Pomorum, ana vnciis duabus, interim facta, & fortiter expreſſa. Denuò ferueant parùm commiſta ad ignem pro Syrupo.

## SYRVPVS MELISSOPHYLLI. *FERNELII.*

℞ Radic: Dictamni.
Pentaphylli.
Vetonicæ.
Doronici Romani, ana vnciam dimidiam.
Folior: Meliſſophylli.
Stœbes, vel Scabioſæ.
Succiſæ, i. Morſus Diaboli.
Florum Bugloſſi vtriuſque, &
Roriſmarini, ana manipul. vnum.
Semin: Oxalidis.
Citrii mali.
Fœniculi.
Cardui benedicti.
Ocimi, ana drachmas tres.
Coquantur in aquæ libris quatuor ad dimidias: expreſſo adde,
Sacchari albi libras tres.
Succi Meliſsæ.
Aquæ Roſarum, ana libram dimidiam.
Percoquantur in Syrupum condiendum, cum
Cinnamomi &
Santali Citrini, ana vncia dimidia.

## SYRVPVS DE MENTHA MAIOR. *MES.*

℞ Succi Cydoniorum dulcium & muzorum, i. acidodulcium.
Succi Granatorum acidodulcium, dulcium, acidorum, ana libram vnam ſemis.
In ſuccis miſtis macera per horas viginti quatuor
Menthæ ſiccæ librā vnam ſemis,
Roſarum rubrarum vncias duas.
Coquantur ad dimidias, colentur, & addendo,
Sacchari libras quatuor,
Coquantur ad Syrupum: cùm reponitur, aromatizetur cum
Galliæ Moſchatæ tritæ & in ſyndone ligatæ, & ex orificio vaſis ſuſpenſæ drachma vna.

## SYRVPVS MYRTINVS *NICOLAI.*

℞ Baccarum Myrti vncias duas ſemis.

Sant

Santali albi & rubri.
Sumach vel Rhois Culinariæ.
Balauſtiorum.
Berberorum.
Roſarum rubrarum, ana vnciã vnam ſemis.
Meſpilorum libram dimidiam.

Contuſa omnia coquantur in libris octo aquæ fontis ad medias, expreſſo adde,

Succi Cydoniorum.
Granatorũ acidorum, ana vncias ſex.
Sacchari libras tres.

Coque in Syrupum ſ. a.

## SYRVPVS DE POMIS, *FERNELII.*

℞ Succi Malorum noſtratium vocatorum
**Pearemaynes** vel **Pippins** libras quatuor.
Succorum Bugloſſi domeſtici, ſylueſtris.
Aquæ Roſarum ſtillatitiæ.
Succi Violarum è folijs, ana libram vnam.

Coque ſimul & depurentur, deinde adde

Sacchari libras ſex.

Percoquantur in Syrupum.

## SYRVPVS DE POMIS REGIS SAPORIS. *MES.*

℞ Succi Pomorum dulcium libras duas.
Succi Borraginis,
Bugloſſi, ana librã vnam ſemis.
Foliorum Sennæ vncias duas.
Croci drachmam vnam.

Senna contrita maceretur viginti quatuor horis in ſuccis, ſemel aut bis feruefiat, coletur, & cum

Sacchari libris duabus.

Percoquatur in Syrupum ſ. a. Crocus in petia ligatus inter coquendum confricetur.

## SYRVPVS DE PRASIO. *MES.*

℞ Praſij albi recentis vncias duas.
Glycyrrhizæ.
Polypodij quercini.
Radic: Apij.
Fœniculi, ana vnciam dimidiam.
Adianthi albi.
Origani.
Hyſſopi.
Calaminthæ.
Thymi.
Stœbes, vel Scabioſæ.
Satureiæ.
Tuſſilaginis, ana drachmas ſex.

Semin:

Semin: Aniſi.
Bombacis, ana drachmas tres.
Vuarum Paſſarum expurgatarum, vncias duas.
Caricarum pinguium, numero decem.
Coquantur in libris octo hydromelitis diluti ad dimidias; expreſſum coquatur in Syrupum, cum
Mellis & Sacchari albi, ana libris duabus.
Condiatur,
Radic: Iridis Florentinę vnciâ vnâ.

## SYRVPVS RAPHANI. *FERNELII.*

℞ Radicum Raphani domeſtici, ſylueſtris, ſeu Ruſticani, ana vnciam vnam.
Radic: Saxifragæ albæ.
Ruſci.
Leuiſtici.
Eryngij.
Ononidis.
Petroſelini.
Fœniculi, ana vnciam dimidiam.
Folior: Betonicæ.
Pimpinellæ.
Pulegij.
Cymarum vrticæ.
Naſturtij aquatici.
Crithmi
Callitrichi, vel Capillorum Veneris, ana manipul. vnum.
Fructuum Halicacabi,
Zizyphorum, ana numero viginti.
Semin: Ocimi.
Bardanæ.
Petroſelini Macedonici.
Seſeleos.
Carui.
Dauci.
Lithoſpermi.
Cortic: Radic: Lauri, ana drachmas duas.
Vuarum paſſarum expurgatarum.
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Coquantur ſecundùm artem in libris duodecim aquæ dum octo ſuperſint, è quibus colatis, cum
Sacchari libris quatuor, &
Mellis expumati libris duabus,
fiat Syrupus clarus & condítus
Cinnamomi vnciâ vnâ,
Nucis Moſchatæ vnciâ dimidiâ.

## SYRVPVS DE QVINQVE RADICIBVS, *MES.*

℞ Radic: Apij.
Fœniculi
Petroſelini.
Ruſci.
Aſparagi, ana vncias duas.
Aquæ fontis libras ſex.

Coquan-

Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem ; expreſſum coquatur denuò cum
Sacchari libris tribus,
Addendo in fine
Aceti vini albi vncias octo.

## SYRVPVS SCABIOSÆ COMPOSITVS, MAGISTRALIS.

℞ Radic: Enulæ Campanæ.
Polypodij quercini, ana vncias duas.
Macerentur in vino albo horas 24
Paſſularum majorum enucleatarum vnciam vnam.
Sebeſten numero viginti.
Farfaræ.
Pulmonariæ.
Satureiæ.
Calamenthæ, ana ſeſquimanipulum:
Glycyrrhizæ raſæ ſemunciam.
Tabaci optimi folium vnum integrum.
Sem: Vrticæ,
Bombacis, ana drachmas tres.
Coquantur in ſ. q. aquæ mulſæ dilutæ, ad vncias octo. Quibus adde percolatis.
Succi Scabioſæ depurati vncias quatuor.
Sacchari albiſſimi vncias decem.
Fiat Syrupus ſ. a. clarificatus, ſuperaddendo deinde,
Olei Sulphuris guttas viginti.

## SYRVPVS DE SCOLOPENDRIO, *FERNELII.*

℞ Polypodij è quercu.
Radic: vtriuſque Bugloſſi.
Cortic: Radic: Capparis.
Cortic: Tamariſci, ana vncias duas.
Scolopendrij veri manip. tres.
Lupi ſalictarij.
Caſſuthæ.
Capillorum Veneris.
Meliſſophylli, ana manip. duos.
Coquantur in aquæ libris nouem, dum ad quinque redeant, Colato adde
Sacchari albi libras quatuor.
Percoquantur in ſyrupum expurgatum & clarum.

## SYRVPVS DE STOECHADE, *MES.*

℞ Florum Stœchados vncias quatuor.
Thymi,
Calaminthæ,
Origani, ana vnciam vnã ſemis.
Saluiæ.
Betonicæ.
Florum Roriſmarini, ana vnciam dimidiam.
Semin: Rutæ,
Pœoniæ,
Fœniculi, ana drachmas tres.

Coquantur ex aquæ libris decem ad dimidias: expreſſum cum
Sacchari, &
Mellis, ana libris duabus
denuò coquatur in ſyrupum.
Condiatur
Cinnamomi,
Zingiberis,
Calami odorati, ana drachmis duabus.
Quæ raro linteo illigata in ſyrurum ſint appenſa.

SYRVPVS DE SYMPHYTO *FERNELII.*

℞ Radic: & Cymarum Symphyti maioris, minoris, ana manip. tres.
Roſarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana manipulos duos.
E tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus; coquatur ad libras tres, & expumetur, addendo
Sacchari albi libras duas ſemis.
Fiat Syrupus.

# MELITA & OXYMELITA.

## DIACARYON, SEV DIANVCVM, *GALENI.*

℞ Succi nucum Iuglandium viridium ab externo cortice expreſſi libras duas.
Coquendo inſpiſsetur, & additâ
Mellis librâ vnâ
Rurſus percoquantur ad mellis conſiſtentiam.

## DACODIVM. *GALENI.*

℞ Capita Papaueris albi, nec nimiùm viridia, nec nimiùm matura, numero viginti.
Aquæ pluuiæ aut fontanæ libras tres.
Macera horis viginti quatuor, poſt coque, donec capita contabuerint, dein cola, & colaturæ adde
Mellis, vel Sacchari libras duas.
Coque ad iuſtam conſiſtentiam.
Fit & cum
Sapæ Vini dulcis libris duabus,
Succi Glycyrrhizæ vncijs duabus.

DIAMO-

## DIAMORON, *NICOLAI.*

℞ Succi Mororum, Celſi & Rubi immaturorum, ana libram vnam ſemis.
Mellis libras duas.
Coquantur lento igne ſ. a.

## MEL ANTHOSATVM, *MES.*

℞ Florum Roriſmarini libram vnam.
Mellis boni benè deſpumati libras tres.
Miſce in Olla vitrea, vel vitreata, oris non valdè patuli; inſola & ſerua ad vſus.

## MEL è MERCVRIALI.

℞ Succi Mercurialis libras tres.
Mellis libras duas.
Coque ad Mellis conſiſtentiam.

## MEL PASSVLARVM. *NICOLAI.*

℞ Vuarum paſſarum ab acinis purgatarum, libras duas.
Infunde viginti quatuor horas in libris ſex aquæ calentis, deinde coque ad medietatem, colaturâ fortiter expreſſâ, denuò coquantur ad conſiſtentiam mellis.

Vel

℞ Colaturæ prædictæ libras tres.
Mellis deſpumati libras duas.
Miſce & coque ad craſſitudinem mellis.

## MEL ROSARVM COMMVNE, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum nondum penitùs apertarum libras duas.
Mellis optimi libras ſex.
Inſolentur ſecundùm artem.

## MEL ROSARVM *NICOLAI.*

℞ Mellis albiſſimi optimi deſpumati libras decem.
Succi recentium Roſarum libram vnam.
Ponantur in Cacabo ad ignem, & cum bullire inceperint, adde
Roſarum recentium cum forcipibus vel cultello inciſarum ab vnguibus libras quatuor.
Bulliantque ad conſumptionem ſucci, continuè agitando. Colatura ponatur in vaſe fictili & ſeruetur ad vſum.

## MEL ROSARVM SOLVTIVVM.

℞ Infuſionis Roſarum pallidarũ multiplicis libras quinque,
Mellis deſpumati libras quatuor,
Coquantur in Syrupi conſiſtentiam.
Simili modo paretur Mel Roſarum ex infuſionibus Roſarum rubrarum.

## MEL VIOLARVM.

Mel Violarum eodem modo paratur, quo Mel Roſarum.

## OXYMEL SIMPLEX, *MES.*

℞ Mellis optimi, aromatici, & deſpumati, libras quatuor.
Aquæ puriſſimæ,
Aceti optimi, ana libras duas.
Abſumptâ inter coquendũ aquâ, addatur acetũ, & coquatur ſecundùm artem; cauendum ne nimiâ coctione fiat ingratum.

## OXYMEL COMPOSITVM. *MES.*

℞ Cortic: Radic: mundat: inciſar:
Fœniculi,
Apij,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi, ana vncias duas.
Semin: Apij,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi, ana vnciam vnã.
Aquæ libras ſex.
Aceti optimi libram vnam ſemis.
Mellis deſpumati libras tres,
Coquantur ſecundùm artem.

## OXYMEL ELLEBORATVM GESNERI MAIVS.

℞ Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comæ Hyſſopi,
Pulegij,
Marrhubij,
Cardui Benedicti,
Radicularum Nardi Celticæ ſine folijs,
Cortic: Sambuci interiorum, ana manipul. vnum.
Calaminthæ Cattariç montanæ pugil. duos.
Semin: Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi,

Ocimi,
Vrticæ Romanæ,
Anethi, ana drachmas duas.
Radic: Angelicæ,
Altheæ.
Ari,
Scillæ præparatæ,
Ariſtolochiæ { rotundæ, longæ, clematitidis,
Turpeti,
Iridis noſtræ,
Coſti,
Zedoariæ, aut Enulæ,
Polypodij,
Cortic: Limonum, ana vnciam vnam,
Ellebori nigri fibrarum integrarum,
Eſulæ, ana drachmas duas.
Cortic: Radic: Ellebori albi vnciam dimidiam.
Agarici drachmas duas, quas ſub finem decoctionis inijcies.
Omnia ſicca, trita, infundantur in *Poſcæ (factæ ex æquis partibus aquæ & aceti) libris octo,
Sapæ vncijs duabus; triduo in Sole, vel ad fornacem, in vitreo, aut figulino vaſe obturato: Tum decoquantur in terreo aut lapideo tornato vaſe ad dimidium ferè: cocta colabis modicè exprimendo, addeſque,
Mellis Roſacei, aut communis deſpumati, in quo cortices Citri fuerint infuſi, libram vnam ſemis, & ad conſumptionem aceti decoques, vt fiat Syrupus, qui ſub finem aromatizetur,
Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis, in ſacculo ſuſpenſorum, ana drachmâ vnâ.
Seruetur in vaſe vitreo, aut fictili vitreato.

## OXYMEL IVLIANIZANS.

℞ Corticum radicum Capparum,
Radic: Ireos,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Cichorij,
Aſparagi,
Cyperi, ana vnciam dimidiam.
Herb: Scolopendriæ,
Scœnanthûs,
Tamaricis, ana manipul: medium.
Semin: Fœniculi dulcis vnciam dimidiam.
Coquantur poſt debitam infuſionem in * Poſcæ acidioris libris tribus ad libram vnam ſemis: ex colatura cum
Mellis optimi, &

Sacchari, deſpumatorum, ana libra dimidia

Fiat decoctio ad Syrupi conſiſtentiam.

*Poſca fit ex Aqua & Aceto, idq; ex re præſenti, vel acidior, vel dilutior, pro intentione Medici.

## OXYMEL SCILLITICVM SIMPLEX, *NICOLAI.*

℞ Mellis deſpumati libras tres.
Aceti Scillitici libras duas.
Coquantur ſecundùm artem.

## OXYMEL SCILLITICVM DEMOCRITI, *MES.*

℞ Origani,
Hyſſopi ſicci,
Thymi,
Liguſtici,
Cardamomi,
Stœchados, ana drachmas quinque.

Coque in libris tribus aquæ ad librarum duarum conſumptionem, Percoque cum

Mellis libris duabus.
Mellis Paſſulati libra dimidia.
Succi Bryoniæ vncijs quinque.
Aceti Scillitici libra vna ſemis.

Semper deſpumando in Syrupum.

## MEL ANACARDINVM *AZARAVII.*

℞ Anacardios recentes, tere, & in aqua decoque, donec mellaginem quandam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto, ac reponito.

## MEL EMBLICARVM, *AVG.*

℞ Myrobalanorum Emblicarum numero quinquaginta.

Contundantur mediocriter, & decoquantur in libris tribus Aquæ ad conſumptionem librarum duarum: reſiduo adde Mellis tantundem, & ad iuſtam conſiſtentiam percoque.

Pari conditione efformantur Syrupi conſeruationis aliorum, & plerorumque Conditorum.

ROB

# ROB SIVE SAPÆ ET SVCCI.

*Rob vuæ ſuccus ad tertias decoctus.* Fœſ.
*Sapa vinum muſtum eſt, ad tertias coctum.* Geſn.
*Succus omnis repurgatus, & inſolatione aut coctione craſſatus.* Fœſ.

## ROB SIVE SAPA SIMPLICITER.

℞ Vini recenter, ex vuis albis, generoſis & maturis expreſſi, libras duodecim.

Coque igne lento, donec libræ tantùm quatuor ſuperſint, vel vt conſiſtentiam mellis acquirant. Repone in vaſe vitreo, vel fictili vitreato.

## ROB DE BERBERIS. 56

℞ Succi Berberorum optimè colati libras octo.

Coque igne lento ad conſiſtentiam mellis, repone in vaſe vitreo aut fictili. Parari etiam poteſt, aut potiùs debet, cum ſaccharo, addendo pro ſingulis libris ſucci, ſacchari libram vnam, & coquendo ad mellis ſpiſſitudinem.

## ROB DE CORNIS.

℞ Succi pulpæ Cornorum libras duas.
Sacchari libram vnam ſemis.

Coquantur ſecundùm artem.

## ROB CYDONIORVM.

℞ Succi Cydoniorum depurati libras ſex.

Coque ad duarum partium conſumptionem, addendo ſacchari libras duas, denuò bulliant ad mellis ſpiſſitudinem: & poteſt parari ſine Saccharo.

## ROB PRVNORVM ACIDORVM.

Fit ex ſucco Prunorum acidorũ, vt Cydoniorum.

## ROB DE RIBES.

Paratur vt Rob de Berberis. Vt autem probè ſuccus depuretur, debet priùs calefieri, dein reſideat, vt clareſcat, tum lento igne coquatur. Sic enim ſpiſſitudinem idoneam acquiret.

## SVCCI INSPISSATI.

### SVCCVS PRVNELLORVM PRO ACACIA SVBSTITVTVS.

℞ Succi Prunellorum ſylueſtrium ſ. a. depurati q. v. inſpiſſetur lento Balnei calore ad iuſtam conſiſtentiam.

Succi inſpiſsati ex Abſinthio,
Eupatorio,
Fumaria,
& reliquis quibuſuis,
fiunt ex herbis ipſis tenellis, non adultis, contuſis, expreſſis, & ad ignem feruefactis, donec bullire incipiunt, denuóque colatis, & ad iuſtam ſpiſſitudinem lento igne euaporatis.

### SVCCVS GLYCYRRHIZÆ.

℞ Radicum Glycyrrhizæ boni ſaporis probè mundatarum & parùm contuſarum q. v. macerentur per triduũ in aquæ fontanæ eâ quantitate, vt duobus vel tribus aqua ſuperemineat digitis : deìn parùm feruefiant & colentur : expreſſus denuò liquor leuitèr coquatur ad iuſtam ſpiſſitudinem, & in placentulas, Trochiſcos, aliaſue ad placitum formas effingatur.

## MIVA CYDONIORVM.

*MES.*

℞ Succi Cydoniorum depurati libras duodecim.

Coquantur ad medietatis conſumptionem ; tum adde vini albi veteris libras quinque.

Coquantur lento igne, ſæpiùs deſpumentur, ad tertiæ partis abſumptionem. Poſtquam reſederint, cola, & adde Sacchari ſat puri libras tres.

Coquantur ad iuſtam Miuæ conſiſtentiam.

Eſt alia, & compoſitior.

LOHOCH

# LOHOCH,
## SIVE
## ECLEGMATA.

### LOHOCH è CAVLIBVS.
*GORDONII.*

℞ Succi Caulium rubearum depurati & clarificati libram vnam.
Croci drachmas tres.
Mellis deſpumati,
Sacchari, ana libram dimidiam.
Fiat Lohoch ſ. a.

### LOHOCH DE PAPAVERE.
*MES.*

℞ Papaueris albi drachmas viginti quinque.
Amygdalarum dulcium,
Nucleorum Pineorum,
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas decem.
Amyli drachmas tres.
Semin: Portulacæ,
Lactucæ,
Cydoniorum, ana vnciam dimidiam.
Croci drachmam vnam.
Penidiorum alborum vncias quatuor.
Syrupi de Meconio (quem vide pag. 29.) libras tres. Omnia contundantur & incidantur & cum ſyrupo excipiantur ſecundùm artem.

## LOHOCH è PASSVLIS.
*AVG.*

℞ Radic: Pœoniæ vnciam dimidiam.
Hyſſopi.
Meliſsæ.
Scolopendrij, ſiue Ceterach, ana manipul. dimidium.
Glycyrrhizæ vnciam dimidiam.

Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ pluuiæ, Colaturæ cum expreſſione ualida factæ, addatur Paſsularum exacinatarum in mortario benè contuſarum libra vna:
Rurſum fiat decoctio, & per pannum lineum validè exprimatur, expreſsioni adde
Sacchari libram vnam.
Fiat Lohoch.

## LOHOCH è PINO.
*MES.*

℞ Nucleorum Pineorum drachmas triginta.
Amygdalarum dulcium,
Auellanarum aſsatarum,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Puluer: Glycyrrhizæ, & ſucci eiuſdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Radic: Ireos, ana vnciam dimidiam.
Carnis Dactylorum fuluorum drachmas triginta quinque.
Amygdalarum amararũ drachmas tres.
Mellis Paſulati,
Sacchari albi tabarzet,
Bûtyri recentis, ana vncias quatuor.
Mellis optimi q. ſ. aut libras tres.

Diſſoluantur quæ diſſoluenda ſunt, in ſufficienti quantitate decocti Capillorum Veneris, & reliqua addantur ſecundùm artem, vt fiat Lohoch.

## LOHOCH è PVLMONE VULPIS. *MES.*

℞ Pulmonis vulpis ſiccati & pręparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Semin: Aniſi,
Fœniculi, ana vnciam vnam.
Sacchari clarificati vncias quindecim.

Omnia trita tenuiſſimè Saccharo excipiantur, & ad debitam formã redigantur.

## LOHOCH SANVM ET EXPERTVM. *MES.*

℞ Cinnamomi,
Hyſsopi ſiccæ,
Glycyrrhizæ, ana vnciam dimidiam.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana numero triginta.
Vuarum paſsarum enucleatarũ,
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium, ana vncias duas.
Semin: Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris manipul. vnum.
Semin: Aniſi,
Fœniculi,
Radic: Iridis,
Calaminthæ, ana vnciam dimidiam.

Coquantur ſ. a. in aquæ clariſſimæ libris quatuor ad conſumptionem medietatis: colaturæ expreſsæ adde

Sacchari albiſſimi libras duas.

Coquantur rurſum ad perfectionem, poſteà inſperge ſequentia minutiſſimè inciſa & contuſa,

Nucleorum Pineorum mundatorum drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium,
Glycyrrhizæ,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Amyli, ana drachmas tres.
Radic: Ireos drachmas duas.

Agitentur omnia ſimul diligenter & celeriter, donec albeſcant.

*Ecleigmata eligere electionis, ſeligere iudicij. Et alia non neſcimus, & non neglecta præterimus. Videlicet*

è Farfara.
Lentibus.
Praſio.
Portulaca.
Pſyllio.
Radic: Althęæ.
Scilla.
Tragacantho.
Et id ad Aſthma Meſuæ, & Geſneri.

# CONDITA.

Condiuntur ſaccharo diligenter clarificato ſecundùm artem,

Caules { Angelicæ. Cynaræ. Lactucæ.

Cortices { Aurantiorum. Cinnamomi. Citrorum. Ligni Guaiaci. Limonum.

Flores { Aurantiorum. Borraginis. Citri. Geniſtæ nondum aperti. Primulæ veris. Roriſmarini. Roſarum.

Fructus vt ſunt { Amygdalæ. Berberes. Cappares. Caryophylli. Ceraſa. Corna. Citria. Cydonia. Mala { Armeniaca. Perſica. Vulgaria. } Meſpila. Myrobalanorum quinque genera. Nuces { Auellanæ. Iuglandes. Moſchatæ. } Paſſulæ. Pineæ. Piſtaciæ. Oliuæ. Piper in racemis ex India. Poma. Pruna { Hortenſia. Syluestria. } Pyra. Vuæ.

Pulpæ

Pulpæ { Caſiæ. Citri. Cucurbitæ. Cydoniorum. }

Radices { Acori vulgaris, Calami Aromatici, Galangæ. Angelicæ. Borraginis. Bugloſsi. Cichorij. Crethami agreſtis. Enulæ Campanæ. Eryngij. Pimpinellæ. Satyrij. Scolymi. Siſari, Siſeris, Secacul. Symphyti maioris. Zingiberis. Zedoariæ. }

*Et ſurculi, & ſemina præter hæc condiuntur.*

Modus condiendi ſit, vt quæ magis amara, aut ſubſtantiâ duriora fuerint, aliquandiù macerentur, primùm in lixiuio claro facto ex cineribus lignorum, deinde in aqua fontana calida, donec amaritudinem depoſuerint, aut humectata tenereſcant; pòſt aquâ leuiter expreſsâ, coquantur in Iulepo lento igne, deinde recondantur in vaſe vitreo, ant fictili vitreato, affundendo Iulepum cui incocta fuerunt; poteruntque condiri aromatibus, vt & moſcho, & ambrâ, pro libitû.

*Quæ minùs amara, molliora, non opus lixiuio vt macerentur, ſed leuiori ebullitione, Saccharum vt imbibant, & condiantur itidem.*

CONSER-

# CONSERVÆ & SACCHARA.

CONSERVAE.

Abſinthij.
Acetoſæ.
Acetoſellæ ſiue Luiulæ.
Adianthi.
Auranciorum.

Florũ:
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſsi.
Cardui benedicti.
Centaurei.
Ceterach, Aſpleni.
Chamædryos.
Caryophyllorũ, ſeu Tunicæ.
Cichorij.
Cochleariæ.
Conſolidæ maioris.
Citrariæ.
Cynosbati.
Enulæ.
Euphragiæ.
Fumiterræ.
Geniſtæ non planè maturorum.
Granatorum.
Lauendulæ.
Liliorum alborum.
Lilij Conuallium.
Maluæ.
Nymphęæ, Nenupharis.
Pœoniæ.
Perſicæ.
Primulæ veris.
Prunellæ.
Roſarum { Damaſcenarũ. Rubrarum.
Roriſmarini ſiue Anthûs.
Saluiæ.
Sambuci.
Scabioſæ.
Stœchados.
Tiliæ.
Tuſſilaginis.
Violarum.
Galegæ ſiue Rutæ capra-riæ.
Gratiolæ.
Hyſſopi.
Maioranæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Rutæ.
Satureiæ.
Scordij.
Symphyti radicum.

Flores minutiſſimè incidantur, & ſingulis libris florum addantur Sacchari albiſſimi libræ tres.

Sed vt flores & herbæ, non itidem parantur Berberes, Prunella, Fructus acidi: in iſtis, exempli gratiâ.

℞ Fruct: Oxyacanthæ ſiue Berberorum q. v. in aquæ fontanæ q. ſ. ſuper prunas viuaces bulliant, dum pulpa ab arillis per rarum ſetaceum conuenienter decoletur, deprimendo: deìn

℞ Pulpæ præcolatæ libras ſex, quas

Pone in vitreato vaſe terreo (quòd acida ab æreo ingratùm ſapiant) & ad ignem lentũ aquoſam humiditatem euapora: vacillo ligneo ſubinde agitando, ne ſuccus aduratur: demùm admiſce

Sacchari albi clari (vt eſt artis) libras decem,

ad conſiſtentiam coquendo debitam.

## DIACODIVM SOLIDVM SIVE TABVLATVM.

℞ Capitum papaueris albi mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neque ſuprà modum maturorum numero viginti.

Aquæ pluuiæ aut fontanæ libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita & colentur, ad extremum adde Sacchari quantitatem ſufficientem, & coquatur vt artis eſt, vt exindè fiant tabulæ.

## MANVS CHRISTI SIMPLEX ET PERLATA.

℞ Sacchari optimi libram vnam.

Aquę Roſarũ pallidarũ ſemilibram.

Coquantur ſecundùm artem, & projiciendo ſuper marmor, fiat Manus Chriſti: Si ſub finem coctionis addatur Margaritarum præparatarum & tritarum vncia dimidia, cum folijs auri octo vel decem, fit Manus Chriſti perlata.

## MANVS CHRISTI AD LVMBRICOS.

℞ Rhabarbari electi ſcrupulos quatuor.

Agarici trochiſcati,

Corallinæ,

Cornu Cerui vſti,

Dictamni Cretici,

Sem: Santonici,

Acetoſæ, ana ſcrupulum.

Cinnamomi,

Zedoariæ,

Caryophyllorum,

Croci, ana ſemiſcrupulum.

Sacchari albiſſimi tenuiter triti libram vnam.

Diſſoluatur Saccharum in aquę Abſinthij vncijs quatuor, cum Vini Abſinthites vncia, & aquę Cinnamomi Cochleari vno, vt cum ſpeciebus pręſcriptis fiant ſecundùm artem Manus Chriſti.

Ex veteri præſcripto vncias Sacchari quatuor ſubduximus, quò medicamentum intentioni efficaciùs inſeruiat; Non enim, palato ſtudendum omninò, cenſemus.

PENI-

## PENIDIA

Conſtant, ex Saccharo, & aqua Hordei, eâ proportione & arte coctis, vt maſſa quædam exurgat admodùm ſolida, & ita tractabilis, vt digitis non adhæreat, & facilè in fila ducatur tenuiora, craſſiora, breuiora, aut longiora, contorta pro libitu ; Plures addunt nonnihil Amyli.

## SACCHARVM ROSATVM.

℞ Florum Roſarum rubrarũ nondùm plenè maturarũ vnciam vnam.

Forcipibus omnis albedo amputetur, deinde in vmbra ſiccentur, & terantur poſteà optimè in mortario lapideo, tunc cum vncijs duodecim Sacchari optimi ſoluti in aqua Roſarum rubrarum, coquantur ſecundùm artem, dum aqua fuerit abſumpta : deinde projiciatur ſenſim maſſa ſuper marmore, & fiant vel Manus Chriſti, vel placentulæ pro libitu. Sunt qui inter coquendum addunt Conſeruæ Roſarum rubrarum vncias quatuor optimè immiſcendo, vnde Saccharum, & magis coloratum, & guſtui gratius redditur.

Eodem modo Saccharum conflatur Violatum, tabulatum.

Sic è Bugloſſo.
Capill: Veneris,
Cichorio.
Iride Flor:
Rad: Enulæ.
Symphyto, & alijs.

*Confectionarijs (vt vocitant) & generoſis fœminis ingenioſis, quid non de cætero relinquimus? ad luxum magis, quàm ad vſum.*



SPECIES

# SPECIES SIVE PVLVERES TVM CORROBORANTES TVM ALTERANTES.

## AROMATICVM CARYOPHYLLATVM. *MES.*

℞ Caryophyllorũ drachmas ſeptem.
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Santali Citrini,
Trochiſc. Diarhodon,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi, ana drachmam vnam.
Roſarum rubrarum drachmas quatuor.
Galliæ moſchatæ veræ,
Glycyrrhizæ raſæ, ana drachmas duas.
Folij,
Cubebarũ, ana ſcrupulos duos.
Ambræ griſeæ optimæ drachmam vnam.
Moſchi ſemiſcrupulum.
Sacchari albiſſimi q. ſ.

Tritis omnibus diligentiſsimè fiat Puluis.
Cum Syrupi è Citro admiſti q. ſ. fiat Electuarium.

## AROMATICVM ROSATVM GABRIELIS.

℞ Roſarum rubrarum drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ raſæ drachmas ſeptem.
Ligni Aloes.
Santali citrini, ana drachmas tres.
Cinnamomi electi drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas ſemis.

Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ, ana drachmam vnã.
Spicæ Indicæ,
Ambræ griſeæ, ana ſcrupulos duos.
Moſchi ſcrupulum vnum.

Pulueriſentur ſecundùm artem, & puluis ſeruetur in vaſe vitreo, vel fictili vitreato ad vſum.

Parari poteſt ſine ſpica propter ingratitudinem, quo nomine & in reliquis ſpeciebus cordialibus Spica omitti poteſt.

## PVLVIS CARDIACVS *FERN.* l. 5. c. 21.

℞ Cornu Cerui,
Vnicorni,
Margaritarum ſplendidarum,
Scobis Eboris, ana grana ſex.

Fiat Puluis tenuis: ſi reſeruandus, ſingulorum quantitas augetur analogicè.

## PVLVIS AD CONTVSOS EX CASV. *AVGVST.*

℞ Terræ ſigillatæ,
Sanguinis Draconis,
Mumiæ, ana drachmas duas.
Spermatis Ceti drachmam vnam.
Rhabarbari drachmam dimidiam.

Fiat omnium Puluis ſecundùm artem.

## SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞ Ligni Aloes,
Spodij, ana drachmam vnam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Oſsis de corde cerui,
Radic: Angelicæ.
* Been vtriuſque, (vel eorum loco Radic: Caryophyllatæ & Tormentillæ,) ana drachmam vnam ſemis.
Margaritarum præparatarum drachmas ſex.
Serici crudi toſti.
Corallij vtriuſque, ana drachmas duas.
Hyacinthi,
Smaragdi,
Sapphyri, ana drachmam dimidiam.
Croci ſcrupulum vnum.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana drachmam dimidiam.
Folia { Auri, Argenti, ana decem.

Fiat Puluis ſecundùm artem.

DIACA-

## DIACALAMINTHES SIMPLEX, *GAL.*

℞ Calaminthæ Montanæ,
Pulegij,
Origani,
Sem: Macedonici,
Petroſelini,
Seſeleos, ana drachmas duas.
Sem: Apij,
Cymarum Thymi, ana vnciam dimidiam.
Liguſtici,
Piperis nigri, ana vnciam vná.
fiat Puluis ſecundùm artem.

Fieri etiam poteſt Electuarium, cum Sacchari albiſſimi (ſoluti in aqua Violarum aut Roſarum) libris duabus ſemis.

## SPECIES ELECTVARII DIACALAMINTHES COMPOSITI. *FER.*

℞ Pulueris Electuarij Diacalaminthes ſimplicis vnciam dimidiam.
Folior: Praſij,
Maioranæ,
Meliſſæ,
Artemiſiæ,
Sabinæ, aridorum, ana drachmam vnam.
Radic: Cyperi,
Sem: Rubiæ.
Rutæ,
Macis,
Cinnamomi, ana ſcrupulos duos.

Terantur & miſceantur diligentiſſimè; fieri etiam poteſt Electuarium cum Sacchari in aqua Parthenij ſoluti duodecuplo.

## DIANISVM, *MES.*

℞ Sem: Aniſi elect: vncias duas ſemis.
Glycyrrhizæ raſæ,
Maſtiches, ana vnciam vnam.
Sem: Carui,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachmas quinque.
Trium Piperum,
Caſiæ ligneæ veræ,
Calaminthæ,
Pyrethri, ana drachmas duas.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci, ana ſeſquidrachmam.
Sacchari albi vncias quinque.

Fiat Puluis, & cum melle deſpumato Electuarium.

SPECIES

## SPECIES ELECTVARII DIACYMINI, *NIC.*

℞ Cymini per diem naturalem infuſi in aceto, & iterum exiccati, vnciam vnam, & ſcrupulum vnum.
Cinnamomi,
Caryophyllorũ, ana drachmas duas ſemis.
Galangæ,
Satureiæ,
Calaminthes, ana drachmam vnam & ſcrupulos duos.
Zingiberis,
Piperis nigri, ana drachmas duas, & grana quinque.
Sem: Liguſtici,
Ammios, ana drachmã vnã & grana octodecim.
Piperis longi drachmã vnam.
Spicæ Nardi,
Nucis Moſchatæ.
Cardamomi, ana ſcrupulos duos ſemis.
Terantur, & diligenter recondantur ad vſum.
Myrepſus hæc variat.

## SPECIES ELECTVARII DIAGALANGÆ, *MES.*

℞ Galangæ,
Ligni Aloes, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Macis,
Semin: Liguſtici, ana drachmas duas.
Zingiberis,
Piperis longi,
albi,
Cinnamomi,
Calami Aromatici, ana drachmam vnam ſemis.
Calaminthæ ſiccæ,
Menthæ ſiccæ,
Cardamomi maioris,
Spicæ Indicæ,
Sem: Apij,
Aniſi,
Fœniculi,
Carui, ana drachmam vnã.
fiat Puluis ſecundùm artem.
Fieri etiam poteſt Electuarium cum Sacchari albi vino Maluatico ſoluti,
vel Mellis deſpumati duodecuplo.

## SPECIES ELECTVARII DE GEMMIS CALIDI *MES.*

℞ Trochiſcorum Diarhodon,
Ligni Aloes, ana drachmas quinque.
Margaritarum albarum.
Zedoariæ,
Doronici,
Cortic: Citri.
Macis.
Sem: Ocimi Caryophyllati.
Ambræ griſeæ veræ, ana drachmas duas.

Corallij

Corallij rubri,
Succini albi,
Raſuræ Eboris, ana ſcrupulos quinque.
Sapphyri,
Hyacinthi,
Sardæ,
Granati,
Smaragdi,
Cinnamomi,
Galangæ,
Zurumbet, ſeu Zedoariæ, ana drachmam vnam ſemis.
*Been vtriuſque (vide ſuccedan: pag. 60.)
Caryophyllorum.
Zingiberis,
Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Folij, vel Spicæ Celticæ,
Croci,
Cardamomi maioris, ana drachmam vnam.
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulos duos.
Moſchi drachmam dimidiam.
Fiat omnium Puluis ſecundùm artem, & ſeruetur ab aere concluſus diligentiſſimè.

## SPECIES ELECTVARII DE GEMMIS FRIGIDI.

℞ Margaritarum præparatarum drachmas tres.
Spodij,
Raſuræ Eboris,
Corallij vtriuſque, ana drachmas duas.
Flor: Roſarum rubrarum drachmam vnam ſemis.
Hyacinthi,
Sapphyri,
Smaragdi,
Sardæ.
Granati,
Santali { albi, rubri, Citrini,
Flor: Borraginis,
Bugloſſi,
Sem: Acetoſæ,
Baſilici,
*Been vtriuſque (vide pag. 60.) ana drachmam vnam.
Oſſis è corde Cerui drachmam dimidiam.
Folia Auri,
Argenti, ana quindecim.
Fiat Puluis ſecundùm artem, diligentèr reponatur.

## SPECIES ELECTVARII DIAIREOS SIMPLICIS, *NICOLAI.*

℞ Ireos vnciam dimidiam.
Sacchari candi,
Specierum Diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas.
Fiat Puluis.

SPE-

## SPECIES DIALACCÆ, *MES.*

℞ Laccæ preparatæ,
Rhabarbari,
Schœnanthi, ana drachmas tres.
Spicæ,
Maſtiches,
Succi Abſinthij Romani,
Eupatorij, i. Agerati,
Sem: Apij,
Ammeos,
Fœniculi,
Aniſi,
Sabinæ,
Amygdalarum amararum,
Myrrhæ,
Coſti, ſeu Zedoariæ,
Radic: Rubiæ tinctorum,
Aſari,
Ariſtolochiæ { longæ, rotundæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyſsopi ſiccæ,
Caſiæ ligneæ veræ,
Bdellij, ana drachmam vnam ſemi.
Piperis,
Zingiberis, ana drachmã vnã.
fiat Puluis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium cum Mellis vel Sacchari vino albo, vel aquâ Cichorij, ſoluti; q. ſ.

## SPECIES ELECTVARII DIAMARGARITON CALIDI, *AVICEN.*

℞ Margaritarum albiſſimarum,
Pyrethri, ana drachmã vnam.
Zingiberis,
Maſtiches, ana vnciam dimidiam.
Doronici,
Zedoariæ,
Sem. Apij, vel Petroſelini,
Cardamomi vtriuſque,
Nucis Moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas.
* Been vtriuſque vide ſuccedan: pag. 60.
Piperis { nigri, longi, ana drachmas tres.
Cinnamomi drachmas quinque.
Pulucrizentur, reponantur ad vſum.

## SPECIES ELECTVARII DIAMARGARITON FRIGIDI, *NIC.*

℞ Semin: quatuor frigidorũ maiorum mundatorum.
Sem: Portulacæ,
Papaueris albi,
Endiuiæ,
Oxalidis,

Citri

Citri,
Trium Santalorum,
Ligni Aloes,
Zingiberis,
Flor: Roſarum rubrarum,
Nymphęæ,
Bugloſſi,
Violarum,
Baccarum Myrti,
Oſſis è corde Cerui,
Eboris,
Doronici Romani,
Cinnamomi, ana drachmam vnam.
Corallij vtriuſque, ana drachmam dimidiam.
Margaritarum ſplendidarum drachmas tres.
Ambræ griſeæ,
Caphuræ, ana grana ſex.
Moſchi grana duo.
fiat Puluis ſecundùm artem.

Obſeruandum autem, vt ſemina frigida Maiora & Papaueris mundata non priùs addantur, quàm ſpecies requiruntur à Medico ad vſum, alioqui compoſitio fiet rancida: & ſic in reliquis ſpeciebus, quarum compoſitionem hęc ſemina ingrediuntur.

## SPECIES ELECTVARII DIAMBRÆ, *MES.*

℞ Cinnamomi,
Doronici, ſiue Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Folij,
Galangæ, ana drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi maioris,
minoris, ana drachmam vnam.
Zingiberis drachmam vnam ſemis.
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas.
Ambræ griſeæ ſeſquidrachmã.
Moſchi drachmam dimidiam.
Miſce, fiat omnium Puluis.

## SPECIES ELECTVARII DIAMOSCHV DVLCIS, *MES.*

℞ Croci,
Doronici, ſeu Galangæ,
Zedoariæ,
Ligni Aloes,
Macis, ana drachmas duas.
Margaritarum albarum,
Serici crudi toſti,
Succini,
Corallij rubri,
Galliæ Moſchatæ,
Ocimi Citriati, ana drachmas duas ſemis.
Zingiberis,
Cubebarum.

Piperis longi, ana drachmam vnam ſemis.
*Been vtriuſque, vel ſuccedan: pag. 60.
Folij, aut Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum, ana drachmam vnam.
Moſchi ſcrupulos duos.
fiat Puluis ſecundùm artem.
fiet & Electuarium, addendo Sacchari vino albo ſoluti quadruplum.

Ad eadem ingredientia, & pari doſi, adde
Abſinthij,
Roſarum, ana drachmas tres.
Aloes optimæ lotæ ſemunciam.
Cinnamomi drachmas duas ſemis.
Caſtorei,
Liguſtici, ana drachmam vná.
Et fient *Species Electuarij Diamoſchu amari.* Meſ.

## SPECIES ELECTVARII DIANTHON, *NIC.*

℞ Flor: Roriſmarini vnciam vná.
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ.
Nucis Moſchatæ.
Galangæ,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloes,
Cardamomi,
Sem: Anethi,
Aniſi, ana ſcrupulos quatuor.
fiat Puluis ſecundùm artem.

## DIAPENIDION, *NIC.*

℞ Penidiorum vncias duas.
Nucum Pinearum,
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Sem: Papaueris albi, ana drachmas tres, ſcrupulum vnum.
Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis — cum his, vel ſine
Succi Glycyrrhizæ,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Amyli candidiſſimi,
Sem: 4. frig: mai: excortic: ana ſeſquidrachmam.
Camphoræ grana ſeptem.
Sacchari albiſſimi q. ſ. vel in forma Electuarij, cum Syrupo Violarum.

DIARHO-

## DIARHODON ABBATIS *NICOLAI.*

℞ Santalorũ alborum,
rubrorũ, ana drachmas duas ſemis.
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Spodij, ana ſcrupulos duos.
Aſari,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Glycyrrhizæ,
Croci,
Ligni Aloes.
Caryophyllorum,
Galliæ Moſchatæ,
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Rhabarbari,
Sem: Ocimi,
Acinorum Berberis,
Sem: Scariolæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Cucumeris,
Citruli,
Melonum,
Papaueris albi, ana ſcrupulum vnum.
Margaritarum,
Oſſis è Corde Cerui, ana ſcrupulum dimidium.
Sacchari Candi,
Roſarum rubrarum, ana vnciã vnam, & drachmas tres.
Camphoræ grana ſeptem.
Moſchi grana quatuor.
fiat Puluis ſ. a.
Fieri etiam poteſt Electuarium cum octuplo Sacchari diſſoluti in aqua Roſacea.

## DIOSPOLITICVM, *GALENI.*

℞ Cymini præparati,
Piperis longi,
Folior: Rutæ ſiccatorum, ana vnciam vnam.
Nitri vnciam dimidiã.
fiat Puluis.

## SPECIES ELECTVARII DIATRAGACANTHI FRIGIDI, *NICOLAI.*

℞ Gum: Tragacanthi albi vncias duas.
Arabici vnciam vnam & drachmas duas.
Amyli vnciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Sem: Melonum,
Papaueris albi,
Citruli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas duas.
Penidiorum vncias tres.
Caphuræ ſemiſcrupulum.

fiat Puluis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium, cum ſyrupi violacei ſufficienti quantitate: At cautio habenda eſt (vt priùs) de ſeminibus frigidis.

## SPECIES ELECTVARII DIATRION PIPEREON, *GALENI.*

℞ Trium piperum, ana drachmas ſex, & grana quindecim.
Sem: Aniſi,
Thymi,
Zingiberis, ana drachmam vnam
Fiat Puluis: & cum Saccharo vel melle prout res poſtulauerit fieri poteſt Electuarium ſ. a.

## SPECIES ELECTVARII DIATRION SANTALON, *NIC.*

℞ Santalorum omnium.
Roſarum rubrarum,
Sacchari candi, ana drachmas tres.
Rhabarbari,
Spodij,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem: Portulacæ, ana drachmas duas, & grana quindecim.
Amyli,
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Sem: Melonum.
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ,
Scariolæ, ana drachmam vnam ſemis.
Camphoræ Scrupulum vnum.
Fiat Puluis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium cum octuplo Sacchari in aqua Roſacea ſoluti.

## PVLVIS HALY.

℞ Sem: Papaueris albi drachmas decem.
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthi, ana drachmas tres.
Semin: Portulacæ.
Altheæ,
Maluæ, ana drachmas quinque.
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Citruli,
Cydoniorũ mundatorũ, ana drachmas ſeptem.
Spodij,
Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Penidiorum ad pondus omnium.
Fiat Puluis ſ. a.

## LÆTIFICANS GALENO ADSCRIPTVS.

℞ Florum Ocimi Caryophyllati aut ſem: eiuſdem.
Croci,
Zedoariæ,
Xyloaloes,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Styracis Calamitæ, ana drachmas duas ſemis.
Raſuræ Eboris,
Sem: Aniſi,
Thymi,
Epithymi, ana drachmam vnam.
Oſſis è Corde Cerui, vel cornu,
Margaritarum,
Camphoræ,
Ambræ,
Moſchi, ana drachmam dimidiam.
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulum dimidium.
Fiat Puluis ſ. a. reſeruetur diligenter ad vſum.

## SPECIES CONFECTIONIS LIBERANTIS.

℞ Radic: Tormentillæ,
Semin: Acetoſæ,
Endiuiæ,
Coriandri præparati,
Citri, ana drachmam vnam ſemis.
Santalorum omnium,
Dictamni albi, ana drachmam vnam.
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ, ana drachmas tres.
Margaritarum,
Corallij vtriuſque,
Succini albi,
Raſuræ Eboris,
Spodij,
Oſſis è Corde Cerui,
* Been vtriuſque, vel ſuccedan: pag: 60.
Radic: Angelicæ.
Cardamomi,
Cinnamomi,
Macis,
Ligni Aloes,
Caſſiæ Ligneæ,
Croci,
Zedoariæ, ana drachmam dimidiam.
Penidiorum,
Sacchari candi,
Serici crudi toſti,
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati, ana ſcrupulos duos.
Flor: Nymphęæ,
Bugloſſi,
Roſarum rubrarvm, ana ſcrupulum vnum.
Camphoræ

Camphoræ grana ſeptem,
Moſchi,
Ambræ griſeæ, ana grana tria.
Fiat Puluis ſecundùm artem.

## LITHONTRIBON, *NIC. SEC. FERN.*

℞ Spicæ Nardi,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Melanopiperis,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmam dimidiam.
Coſti,
Glycyrrhizæ,
Cyperi,
Tragacanthæ,
Chamædryos, ana ſcrupulos duos.
Semin: Ammeos,
Apij,
Aſparagi,
Ocimi,
Vrticæ,
Citri,
Saxifragiæ,
Pimpinellæ,
Carui,
Dauci,
Fœniculi,
Ruſci,
Petroſelini Macedonici,
Bardanæ,
Seſeleos,
Aſari, ana drachmam vnam.
Lapidis Spongiæ,
Lyncis,
Cancri,
Iudaici, ana drachmam vnam ſemis.
Sanguinis Hircini præparati vnciam vnam ſemis. fiat Puluis ſ. a.

## PVLVIS SAXONICVS.

℞ Radic: vtriuſque Angelicæ,
Vincetoxici,
Valerianæ domeſticæ,
Polypodij quercini,
Radic: Althęæ,
Vrticæ, ana vnciam dimidiam.
Cortic: Mezerei German: drachmas duas.
Granorum herbæ Paridis numero viginti quatuor.
Folior: eiuſdem, cum toto, numero triginta ſex.
Ex maceratis in aceto radicibus, & ſiccatis, fiat omnium puluis.

## PVLVIS PALMARII AD MORSVM CANIS RABIDI.

℞ Folior: Rutæ,
Verbenæ,
Saluiæ, minoris
Plantaginis

Plantaginis,
Polypodij,
Abſinthij vulgaris,
Menthæ,
Artemiſiæ,
Meliſſophylli,
Betonicæ,
Hyperici,
Centaurij minoris, ana p. æ.

Legantur ſingula, quo tempore viribus pollent maximis, quod ad Iunij ferè plenilunium aſſequuntur. Papyraceis dein chartis concluſa ſiccentur ſeorſim in loco, ad quem, neque Sol, neque pluuia pertingat: Siccata ad futuros vſus aſſeruentur, eâ lege, vt quotannis renouentur:

Quum vtendi neceſſitas incidet, ſingulorum æquale pondus in puluerem tenuiſſimum redigito.

*Dosis a ʒß. ad ʒij: cũ duplo Sacchari cũ vino. Iure vel alio simili et alijs animalibus in majori dosi.*

## PLERES ARCHONTICON, *NICOLAI.*

℞ Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Ligni Aloes,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Zingiberis,
Spodij,
Schœnanthi,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum, ana drachmã vnam.
Folij, ſeu Macis,
Glycyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis Calamitæ,
Maioranæ,
Balſamitæ ſeu Menthæ aquaticæ,
Ocimi,
Cardamomi,
Piperis Longi,
Albi,
Myrtilorum baccarum,
Corticum Citri, ana drachmam dimidiam & grana ſex.
Margaritarum,
* Been { Albi, Rubri, } vel ſuccedan: pag: 60.
Corallij rubri,
Serici toſti, ana grana octodecim.
Moſchi grana ſex.
Camphoræ grana quatuor.

Fiat Puluis ſecundùm artem. Poterit etiam cum decuplo ſacchari ſoluti in aqua Meliſſæ formari in Electuarium.

## PRÆSERVATIVVS à PESTE CARDIAC: *FERN.*

℞ Radic: Tormentillæ,
Dictamni,
Tunicæ,
Scabioſæ,
Sem: Acetoſæ,
Coriandri præp:

Citri,

Citri,
Cardui benedicti,
Endiuiæ,
Rutæ, ana drachmam vnam.
Trium Santalorum,
* Been {albi, rubri,} {vel ſucced: pag. 60.}
Doronici Romani,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Croci,
Flor: Bugloſſi vtriuſque,
Roſarum rubrarũ,
Nymphęæ,
Ligni Aloes,
Macis, ana ſcrupulos duos.
Raſuræ Eboris,
Spodij,
Oſſis è Corde Cerui,
Corallij rubri,
Margaritarum ſplend:
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati, ana ſcrupulum vnum.
Serici crudi torrefacti,
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ, ana ſemidrachmam.
Caphuræ,
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana grana ſex.
Fiat Puluis, & ex octuplo Sacchari albi aquâ roſarum ſoluti, tabellæ concinnentur.

## PVLVIS PRÆSERVATIVUS à PESTE. *MONTAG.*

niſi de doſi.

℞ Santalorum omnium,
Semin: Ocimi, ana vnciam vnam ſemis.
Boli Armeni,
Cinnamomi, ana vnciam vnam.
Radic: Dictamni,
Gentianæ,
Tormentillæ, ana drachmas duas ſemis.
Semin: Citri,
Acetoſæ, ana drachmas duas.
Margaritarum,
Sapphyri,
Oſſis de Corde Cerui, ana drachmam vnam.
Fiat Puluis ſecundùm artem, diligenter reponatur.

## SPECIES ELECTVARII ROSATÆ NOVELLÆ. *NICOLAI.*

℞ Roſarum,
Sacchari,
Glycyrrhizæ, ana vnciam vnam, drachmam vnam, ſcrupulos duos ſemis,
Cinnamomi drachmas duas, ſcrupulos duos, grana duo.
Caryophyllorum,

Nardi,

Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ,
Zedoariæ,
Styracis,
Cardamomi,
Apij, ana ſcrupulum vnum, grana octo.
Sacchari albiſſimi q. ſ.
Fiat Puluis: inde Electuarium ſ. a.

## PVLVERES EXTERNIS VSIBVS DICATI.

### PVLVIS AD HÆMORRHAGIAM, *GALENI.*

*Meth. l. 5. c. 4.*

℞ Thuris drachmam vnam.
Aloes drachmam dimidiam.
Fiat Puluis. Cùm vtendi tempus inſtat, tantum huius cum oui candido ſubigitur, quantum mellis reddat craſſitudinem; hoc Leporis molliſſimis pilis excipitur, deinde tum vaſi profluenti, tum vlceri toti liberaliter imponitur, adhibitâ ligaturâ conuenienti.

### PVLVIS AD SCABIEM.

Nicholaj

℞ Sulphuris viui,
Nitri,
Folior: Maioranæ, ana drachmas duas.
Lithargyri auri,
Radic: Ellebori nigri, ana drachmam vnam.
Pimpinellę drachmam dimidiam.
Fiat Puluis ſecundùm artem.
Misce Et incorporetur cum oleo Rosarum Et fiat unguentu' quum usus postulat: Mr Gale

## PVLVERES PVRGANTES.

### PVLVIS RADVLPHI HOLLAND LAXATIVVS.

℞ Sem: Aniſi,
Carui,
Fœniculi,
Cymini,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Galangæ, ana vnciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Milij Solis, ana vnciam vnam.
Sennæ ad pondus omnium.
Fiat Puluis.

### PVLVIS SANCTVS.

℞ Foliorum Sennæ,
Cremoris Tartari, ana vncias duas.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ammeos, ana drachmas duas.
Diagrydij vnciam dimidiam.
Fiat Puluis ſecundùm artem.

*In defectu ſeminum Ammeos legitimorum aut recentium quibus ſæpiſſimè deſtituimur, ſubſtituenda quidem Aniſi ſemina conuenimus cum Antidotario Bergomenſi.*

### PVLVIS SENNÆ.

℞ Sennæ optimæ vncias duas,
Cremoris Tartari vnciam dimidiam.
Macis ſcrupulos duos ſemis.
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachmam vnam ſemis,
Salis Indi drachmam vnam.
Fiat Puluis ſ. a.

### DIATVRBITH MAIVS SINE RHABARBARO.

℞ Turpeti optimi vnciam vnam.
Diagrydij,
Zingiberis, ana vnciã dimidiã.
Cinnamomi,
Caryophyllorũ, ana drachmas duas.
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam vnam.
Fiat Puluis: Et cum Sacchari albiſſimi vncijs octo & drachmis quinque in aq: Cichorij ſolutis, fieri poteſt Electuarium ſ. a.

### DIATVRBITH CVM RHABARBARO, *MONTAGNANÆ.*

℞ Turpeti optimi,
Hermodactylorũ, ana vnciam vnam.
Rhabarbari drachmas decem.
Diagrydij vnciam dimidiam.
Santali rubri,
albi,
Violarum,
Zingiberis, ana drachmã vnam ſemis.
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci, ana drachmã dimidiam, fiat Puluis: Et cum Sacchari albiſſimi libra vna, vncijs duabus, & drachmis duabus in aq: Cichorij ſolutis, fieri poteſt Electuarium ſecundùm artem.

### PVLVIS AD LVMBRICOS.

℞ Sem: Sanctonici vncias quatuor.
Folior: Sennæ vnciam vnam.
Coriandri præparati,
Cornu Cerui, ana drachmam dimidiam.
Rhabarbari vnciam dimidiam.
Rutæ ſiccæ drachmas duas.
Fiat Puluis.

*Plures & variæ apud Authores ſpecierum & pulnerum deſcriptiones extant: Nos verò paucis contenti, vſui aptiores ſelegimus: reliquas ex induſtriâ præterimus & ſub puluere ſepelimus.*

ELECTV-

# ELECTVARIA ALTERANTIA ET CORROBORANTIA SINE OPIO.

## ANTIDOTVS ANALEPTICA SIVE ELECTVARIVM RESVMPTIVVM *FERNELII.*

℞ Roſarum rubrarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas duas & grana quinque.
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupul: quatuor.
Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,
Semin: Papaueris albi,
Portulacæ,
Lactucæ,
Scoriolæ, ana drachmas tres.
Quatuor Semin: frigidorum maiorum.
Sem: { Cydoniorum,
Maluæ,
Bombacis,
Violarum, }
Strobilorum,
Piſtaciorum recentium,
Amygdalarum dulcium,
Pulpæ Sebeſten, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,
Spodij,
Cinnamomi, ana drachmam vnam.
Croci grana quinque.
Penidiorum vnciam dimidiam.

Trita omnia excipiantur triplo Syrupi violati, & fiat Electuarium molle.

## CONFECTIO ALKERMES, *MES.*

℞ Succi Pomorum fragrantium.
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ, ana libram vnam ſemis.
Quibus infunde per horas viginti quatuor,
Serici crudi vncias quatuor.
Expreſſioni forti adde,
Succi granorum Kermes ad nos aduecti, puri, libram vnam.
Sacchari libras duas.
Coque ad Mellis conſiſtentiam, Mixturæ ab igne ſepoſitæ, adhuc autem calenti, adde
Ambræ griſeæ crudæ minutim conciſæ vnciam dimidiam.
Quibus optimè liquatis, ſuperinjicito ſequentia pulueriſata.
Cinnamomi electi,
Ligni Aloes optimi,
Lapidis Lazuli vſti in Crucibulo,
(dein pulueriſati, & loti, primum in aqua communi, dein in aqua Roſacea aut Borraginis, idque multoties, ita vt poſt lotionem exiccetur, denuóque lauetur; & eouſq; hæc reiteretur operatio, donec aqua limpida poſt lotionē remaneat) drachmas ſex.
Margaritarum pellucidarũ præparatarum drachmas tres.
Folior: Auri,
Moſchi optimi, ana drachmam vnam.
Confice ſecundùm artem.
Eſt Auguſtanis operoſius & pretioſius Confectum.

## ELECTVARIVM DE BACCIS LAVRI, *RHASIS.*

℞ Folior: Rutæ aridorum drachmas decem.
Sem: Ammeos,
Cymini,
Liguſtici,
Origani,
Nigellæ,
Carui,
Dauci,
Petroſelini,
Amygdalaram amararum,
Piperis nigri,
longi,
Menthaſtri,
Acori, Calami aromatici.
Baccarum Lauri,
Caſtorei, ana drachmas duas.
Sagapeni vnciam dimidiam.
Opopanacis drachmas tres.
Mellis deſpumati libram vnam ſemis.
Tritis diligenter quæ terenda, fiat Electuariũ ſecundùm artem, ſub finē additis vino dilutis lachrymis.

Sub

## ATHANASIA MITHRIDATIS, è *GALENO.*

℞ Cinnamomi,
Caſiæ,
Schœnanthûs, ana ſeſquiunciã.
Croci,
Myrrhæ, ana vnciam.
Coſti,
Mei,
Acori,
Agarici,
Scordij,
Dauci,
Petroſelini, ana ſemunciam.
Piperis albi grana vndecim.
Mellis q.ſ.
Compone, vt artis eſt.

## DIACAPPARIS, *GILBERTI ANGLI.*

℞ Capparis vncias quatuor.
Radic: Agrimoniæ,
Semin: Gith,
Scillæ,
Aſari.
Centaureæ,
Pyrethri,
Piperis nigri,
Apij,
Thymi, ana vnciam.
Mellis q.ſ.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIACINNAMOMVMES.

℞ Cinnamomi tenu: drachmas quindecim.
Caſiæ Ligneæ,
Radic: Helenii, ana ſemunciam.
Galangæ drachmas ſeptem.
Caryophyllorum,
Piperis longi.
Cardamomi vtriuſq;
Zingiberis,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Xyloaloes, ana drachmas tres.
Croci drachmam.
Sacchari tabarzet drachmas quinque.
Moſchi ſcrupulos duos.
Excepta mellis deſpumati libris duabus, vnciis octo, Coque;
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIACORALLION VSVAL: *COLON.*

℞ Corallii albi,
rubri,
Boli Armeni veri,
Sanguinis Draconis, ana drachmam.
Margaritarum ſemidrachmam.
Xyloaloes

Xyloaloes,
Roſarum rubrarum,
Gum: Tragacanthi,
Cinnamomi, ana ſcrup: duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupulum.
Miſce, fit Puluis, è puluere Electuarium ſ.a. cum
Sacchari albiſſimi, & Aq.
Cinnamomi ten: ana q. ſ.

## DIACORVM, *MES.*

℞ Radic: Secacul, ſeu Siſeris,
Acori, ſeu Calami aromatici,
Pinearum, ana ſeſquilibram.
Radicibus Secacul mundatis, inciſis, coctis, piſtatis, tritis dum pulti ſimiles, affunde.
Mellis deſpumati libras decem.
Coquantur agitando, ad iuſtam ſpiſſitudinem, tum adde tritas radices Acori, inciſas Pineas, mixtas ſequenti pulueri;
℞ Piperis nigri vnciam,
longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Macis, ana ſemunciam.
Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cardamomi, ana drachmas tres.
Miſce cum radicibus, & Melle q.ſ. agitando ne grumi relinquantur. Fiat Electuarium ſ. a.

## è SCORIA FERRI. *RHASIS.*

℞ Scoriæ ferri aceto infuſæ per dies ſeptem, poſteà torrefactæ, drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Schœnanthûs,
Cyperi,
Zingiberis,
Piperis,
Ammeos,
Thuris, ana ſemunciam.
Myrobalanorum { Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Mellis decocti cum apozemate Emblicarum vncias ſedecim.
Miſce: fiat Electuarium.

## DIACYDONIVM SIMPLEX.

℞ Carnis Cydoniorum mundatorum, & in fruſta diſſectorum, & in aqua dulci ad ſpiſſitudinem coctorũ libras octo.
Sacchari albiſsimi deſpumati, & ad iuſtam conſiſtentiã concocti libras ſex.
Coque ad ſpiſsitudinem.

DIACY-

## DIACYDONIVM GALENI CVM SPECIEBVS.

℞ Succi Pomorum Cydoniorum,
Sacchari optimi, ana libras duas.
Aceti vini albi libram vnam ſemis.

Coctis ſupra prunas modicè & ſpumâ detractâ, adde
Zingiberis vncias duas,
Piperis albi drachmas decem & ſcrupulos duos

craſſiuſculè inciſorum, deinde rurſus lento igne recoque ad mellis craſſitudinem. Rectiùs Acetum in fine decoctionis in minori quantitate, ſcilicet vnciarum ſex; adjicietur.

## DIACYDONIVM LONDINENSE COMPOS:

℞ Sacchari albi libras ſex.
Aquæ fontanæ libras quatuor.

Clarificentur cum albumine oui, & diligenter deſpumentur: Dein

℞ Cydoniorum maturorū à corticibus exterioribus & ſeminibus expurgatorum, & in quatuor partes inciſorum libras octo.

Coquantur in ſyrupo prædicto dum carnes teneræ ſint, deinde per pannum laneum (ſiue boulterum vulgò vocatum) coletur ſuccus ſiue ſyrupus. Iterum coquantur ad gelatinæ conſiſtentiam cum aceti vini albi vncijs quatuor in fine additis, ſyrupo ab igne remoto, dum adhuc caleſcit, inſperge has ſpecies ſequentes; craſſo modo inciſas, ſcilicet
Zingiberis vnciam vnam.
Piperis albi,
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas.

In pyxidibus diuerſis reſeruetur.

Eodem modo paretur Diacydonium ſimplex relictis ſpeciebus.

## CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞ Hyacinthorum,
Corallij rubri,
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, ana vnciam dimidiam.
Granorum Kermes·
Radic: Tormentillæ,
Dictamni,
Sem: Citri mundat:
Acetoſæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Oſſis è Corde Cerui & Cornu,

Raſuræ

Raſuræ Eboris præparatæ, ana ſcrupulos quatuor.
Sapphyrorum,
Smaragdi,
Lapidis Topaſij
Margaritarum,
Serici crudi,
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulos duos.
Camphoræ,
Moſchi,
Ambræ griſeæ, ana grana quinque.
Cum ſyrupo de Limonibus fiat Confectio ſecundùm artem.

## DIAIREOS SALOMONIS, *NICOLAI.*

℞ Radic: Iridis vnciam vnam.
Pulegij,
Hyſſopi,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Tragacanthæ,
Amyli,
Amygdalarum amararum,
Pinearum Nucum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Piperis, ana drachmas tres.
Caricarum pinguium.
Pulpæ Paſſularum.
Carnis Dactylorũ, ana drachmas tres ſemis.
Styracis Calamitæ drachmas duas ſemis.
Sacchari diſſoluti in aqua Hyſſopi, Mellis deſpumati, ana duplum ad omnia, fiat Electuarium ſ. a.

## DIASATYRION *NICOLAI.*

℞ Radic: Cynoſorchios ſeu Satyrij recentis ac ſolidæ.
Paſtinacæ ſatiuæ,
Eryngij,
Pinearum,
Nucis Indicæ, vel ſi deſit Nux Indica Pinearum duplum.
Piſtaciorum, ana vnciam vnam ſemis.
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Sem: Aniſi,
Erucæ,
Linguæ auis, quæ eſt ſemen Fraxini, ana drachmas quinque.
Cinnamomi,
Caudarum & Lumborum Scincorum,
Sem: Bulbi,
Vrticæ, ana drachmas duas ſemis,
Moſchi grana ſeptem.
Sacchari optimi diſſoluti in vino Maluatico libras tres: fiat Electuarium ſ. a.

DIASA-

## DIASATYRION MAGIS GRATVM. *COLON.*

℞ Radic: Satyrij vncias tres.
Carnium Dactylorum.
Amygdalarum dulcium,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Piſtaciorum,
Zingiberis condîti,
Eringij condîti, ana vnciam vnam.
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Piperis longi,
nigri, ana drachmas tres.
Ambræ griſeæ ſcrupulũ vnum.
Moſchi ſcrupulos duos.
Penidiorum vncias quatuor.
Cinnamomi,
Croci, ana vnciam dimidiam.
Vini Maluatici vncias tres.
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Granorum Paradiſi, ana drachmas duas.
Linguæ auis, i. Sem: Fraxini,
Caudarum Scincorum,
Boracis factitij,
Aſæ dulcis, ana drachmas tres.
Ligni Aloes,
Cardamomi, ana drachmas duas.
* Been albi, vide pag. 60.
rubri, ana drachmá vnã ſemis.

Singula ſimplicia comminuendo ac miſcendo, tandem excipe libris duabus & ſemis ſyrupi Zingiberis condîti.
fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM DIASPERMATON, *FERNELII.*

℞ Quatuor ſemin: Frigidorum, maiorum, & minorum,
Sem: Aſparagi,
Pimpinellæ,
Ocimi,
Petroſelini,
Granorũ Halicacabi, ana drachmas duas.
Milij Solis,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Cinnamomi,
Macis, ana drachmam vnam.
Sacchari albi aquâ Althęæ ſoluti octuplum: fiat Electuarium ſecundùm artem.

## MICLETA, *NICOLAI.*

℞ Myrobalanorum omniũ, ana drachmas duas ſemis.
Sem: Naſturtij,
Cymini,
Aniſi,
Fœniculi,
Ammeos,

Carui, ana drachmam vnam ſemis.

Omnia cruda terantur, & aſpergantur aceto vini acerrimo, deinde puluériſentur, mox addantur ſequentia:

Spodij ſiue Eboris vſti,
Balauſtiorum,
Sumach,
Maſtiches,
Gum: Arabici, ana drachma vna, & grana quindecim.

Omnia miſceantur, cum Syrupi Myrtini, ad ſpiſſitudinem mellis cocti, triplo, id eſt vncijs decem plùs minùs, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM PECTORALE, AD: OCCON: *AVG.*

℞ Succi Glycyrrhizæ,
Amygdalarum dulcium,
Auellanarum, ana ſemunciam.
Pinearum vnciam vnam.
Hyſſopi,
Capillorum Veneris,
Ireos,
Sem: Vrticæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana ſeſquidrachmam.
Piperis nigri,
Sem: Naſturtij,
Rad: Enulæ, ana ſemidrachmā.
Mellis vncias quatuordecim.
Fiat Electuarium ſ. a.

## THERIACA DIATESSARON, *MES.*

℞ Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana vncias duas.
Mellis libras duas.
Miſce: fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ELECTVARIA CVM OPIO

## ANTIDOTVS MAGNA MATTHIOLI ADVERSVS VENENA & PESTEM.

℞ Rhabarbari,
Rha Pontici veri,
Radic: Phu,
Acori, i. Calami aromatici,
Cyperi,
Quinquefolij,
Tormentillæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pœoniæ,
Enulæ Campanæ,
Coſti,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi, vel Caryophyllatæ, ana drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoriæ,

Dictamni

Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolii,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Agarici drachmas tres.
Libanotidis,
Gentianæ,
Morſus Diaboli, ana drachmas duas ſemis.
Sem: Citrei mali,
Viticis,
Granorum Kermes,
Semin: Fraxini,
Acetoſæ,
Paſtinacæ ſylueſtris,
Napi,
Nigellæ,
Pœoniæ,
Ocimi,
Irionis, ſiue Eryſimi,
Thlaſpeos,
Fœniculi,
Ammeos, ana drachmas duas.
Baccarum Lauri,
Iuniperi,
Hederæ,
Smilacis aſperæ,
Cubebarum, ana drachmam vnam ſemis.
Folior: Scordij,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchados,
Spicæ Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,
Verbenæ,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Meliſſophylli, ana drachmam vnam ſemis.
Dictamni Cretici drachmas tres.
Maioranæ,
Hyperici,
Schœnanthi,
Marrhubii,
Galegæ,
Sabinæ,
Pimpinellæ, ana drachmas duas.
Caricarum pinguium,
Iuglandium,
Piſtaciorum, ana vncias tres.
Myrobalanorum Emblicarum vnciam dimidiam.
Flor: Violarum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum,
Lauendulæ,
Saluiæ,
Roriſmarini, ana ſcrupulos quatuor.
Croci drachmas tres.
Caſiæ ligneæ, ſiue Cinnamomi drachmas decem.
Caryophyllorum,

Nucis Moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas ſemis.
Piperis nigri,
longi,
Santalorum omnium,
Ligni Aloes, ana drachmā vnam ſemis.
Raſuræ Cornu Cerui vnciam dimidiam.
Vnicornu, vel eius loco,
Lapidis Bezoartici drachmam vnam.
Oſſis è Corde Cerui,
Raſuræ Eboris,
Virgæ Ceruinæ,
Caſtorij, ana ſcrupulos quatuor.
Terræ Lemniæ drachmas tres.
Opij drachmam vnam ſemis.
Perlarum orientalium,
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Corallij rubri, ana drachmā vnam ſemis.
Camphoræ drachmas duas.
Gum: Arabici,
Maſtiches,
Thuris,
Styracis,
Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laſerpitii, ſiue Myrrhæ, ana drachmas duas ſemis.
Moſchi odorati,
Ambræ griſeæ, ana drachmam vnam.

Olei Vitrioli vnciam dimidiam.
Specierum Cordialium Temperatarum,
Diamargaritôn,
Diamoſchi:
Diambræ,
Electuarii de Gemmis,
Trochiſcorū de Camphora,
de Scilla, ana drachmas duas ſemis.
Trochiſcor: de Vipera vncias duas.
Succorū Acetoſæ,
Sonchi,
Scordii.
Ecchii,
Borraginis,
Meliſſophylli, ana libram dimidiam.
Hypociſtidis drachmas duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatii optimi, ana vncias ſex.
Vini antiqui odorati libras tres.
Sacchari optimi, vel
Mellis electiſſimi libras octo & vncias ſex.

Ex his omnibus ſummâ diligentiâ, & arte conquiſitis, mundatis, & electis, fiat Electuarium eodem modo, quo componitur Theriaca aut Mithridatium.

Ex hoc etiam Electuario parari poterit Aqua Bezoartica ſingularis, quam & Aquam Bezoarticam Matthioli vocare licet, in hunc autem fit modum.

℞ Antidoti vt priùs præparatæ,
Syrupi de corticibus Citri, ana libram vnam.
Aquæ vitæ factæ ex vino præſtantiſſimo, & per diſtillationes ſæpiùs repetitas rectificatæ, & ad quintam eſſentiam redactæ, libras quinque.

Ponantur omnia in Matracio vitreo capaciori, deinde optimè occluſo vaſe ne quid reſpiret, conquaſſentur ſimul diligentiſſimè, vt Electuarium optimè cum ſpiritu Vini, ſeu aq: Vitæ commiſceri poſſit; & ſic ſtent ſimul commixta per integrum menſem, bis in ſeptimana vas (vt priùs) concutiendo. Electuarium enim facilè in fundum reſidet. Finito menſe, aquam claram Electuario ſupernatantem in aliud vas vitreum leniter effundes: vas optimè cerâ & chartâ pergamenâ occludendo; alioqui ſpiritus facilè in fumum euolabit.

Loco Smilacis aſperæ ſi parari non poterit, duplicetur pondus Cubebarum.

## OPIATA.

### DIASCORDIVM, *FRACASTORII.* lib 3 de morbis contagiosis. cap. 7.

℞ Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ, ana vnciam dimidiam.

R. Succi Lujulæ Oxydis seu Acetosellæ ℥ ij Citri ℥ j. Diascordij ℥ j. Spec. Cord. e Gemmis ℈ ij Aceti ℥ j. omnia misceto et totum haurito
Et sic pro prima, secunda et tertia vice: si videbitur.

Scordij veri vnciam vnam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gum: Arabici, ana vnciam dimidiam.
Opij drachmam vnam ſemis.
Styracis Calamitæ drachmas quatuor ſemis.
Semin: Acetoſæ drachmã vnam ſemis.
Gentianæ vnciam dimidiam.
Boli Armeni vnciam vnam ſemis.
Terræ Sigillatæ Lemniæ vnciã dimidiam.
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Mellis albi deſpumati libras duas ſemis.
Conſeruæ Roſarum libram vnam.
Vini Aromatici libram dimidiam.
fiat Electuarium ſ. a.

### MITHRIDATIVM, *DAMOCRATIS.*

℞ Myrrhæ Arabicæ,
Croci,
Agarici.
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,

Sem: Thlaſpeos, ana drach: decem.
Seſeleos,
Opobalſami, ſeu ol: Nuc: Moſc: per expreſſ:
Iunci odorati,
Stœchados,
Coſti veri,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei Pontici,
Succi Hypociſtidos,
Styracis optimæ,
Opopanacis,
Folior: Malabathri recentium, vel in eius defectu, Macis, ana vnciam vnam.
Caſiæ Ligneæ veræ,
Polij,
Piperis albi,
Scordij,
Sem: Dauci Cretici,
Carpobalſami, vel Cubebarum.
Trochiſc: Cypheos,
Bdellij, ana drachmas ſeptem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gummi Arabici,
Sem: Petroſelini Macedonici.
Opij,
Cardamomi minoris,
Sem: Fœniculi,
Gentianæ,
Folior: Roſarum rubrarum,
Dictamni Cretenſis, ana drachmas quinque boni ponderis.
Sem: Aniſi,
Aſari,
Acori, ſeu Calami Aromatici,
Ireos,
Phu maioris,
Sagapeni, ana drachmas tres.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventrium Scincorum,
Summit: Hyperici, ana drachmas duas ſemis.
Vini quantum ſufficit ad ſolutionem gummi & ſuccorum,
Mellis deindè triplum ad omnia, præter vinum.

## PHILONIVM PERSICVM, *MES.*

℞ Piperis albi,
Hyoſcyami albi, ana drachmas viginti.
Opij,
Terræ Lemniæ, ana drachmas decem.
Lapid: Hæmatitæ præp:
Croci, ana drachmas quinque.
Caſtorei,
Spicæ Indicæ,
Euphorbij,
Pyretri,
Margaritarum,
Succini,
Zedoariæ,
Doronici,

Trochiſcor:

Trochiſcor· Ramich, ana drachmam vnam.
℞ Camphoræ ſcrupulum vnum.
Mellis roſati optimi triplum. Miſce: fiat Electuarium ſecundùm artem.

## PHILONIVM ROMANVM, *NICOLAI.*

℞ Piperis albi,
Sem: Hyoſcyami albi, ana drachmas quinque.
Opij drachmas duas ſemis.
Caſiæ ligneæ drachmam vnam ſemis.
Semin: Apij drachmam vnam.
Petroſelini Macedonici veri,
Fœniculi,
Dauci Cretici, ana ſcrupul. duos, grana quinque.
Croci ſcrupulum vnum ſemis.
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana grana quindecim.
Cinnamomi drachmam vnam ſemis.
Euphorbij,
Myrrhæ,
Caſtorei, ana drachmam vnam.
Mellis deſpumati pondus triplum.
Miſce: fiat Electuarium ſ. a.

## ELECTVARIVM DE OVO, *MAXIMILIANI IMPER.*

℞ Ouum gallinæ recens, & extracto albumine, paruo foramine facto, impleatur vacuum Croco optimo non pulueriſato, relicto intùs vitello. Poſteà cum alio putamine rurſum obturetur, & lento igne, vel ad fornacem, tamdiù aſſetur, donec tota teſta oui incipiat nigreſcere, diligenter attendendo, ne Crocus comburatur (alioqui corrumpit totum medicamentum) Exempta materia exiccetur, vt minutiſſimè poſſit contundi, & in puluerem redigi, addatur pulueris Sinapeos albi quantum prædicta omnia ponderant. Deinde
℞ Puluer: Radic: Dictamni albi, ſiue Fraxinellæ,
Tormentillæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ,
Cornu Ceruini,
Radic: Petaſitæ, ana drachmam vnam.
Radic: Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granor: Iuniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ, ana vnciam dimidiam.

Miſcean-

Miſceantur vniuerſa ſimul in Mortario, & adjiciatur denique Theriaca optima ad pondus omnium: & iterum piſtillo benè miſceantur per tres fermè horas ſemper agitando, donec fiat Electuarium ſ. a.

Obſeruandum eſt, vix poſſe in formam Electuarij reduci, niſi Mellis, vel Syr: è Limonibus, par pondus pulueribus addatur.

## REQVIES, *NICOLAI.*

℞ Roſarum rubrarum ab vnguibus purgatarum,
Flor: Violarum purpurearum, ana drachmas tres.
Opij Thebaici vino ſoluti,
Sem: Hyoſcyami albi,
Papaueris albi,
nigri,
Cort: Radic: Mandragoræ,
Sem: Scariolæ, ſiue Intybi,
Portulacæ,
Lactucæ ſatiuæ,
Pſyllij,
Spodii vel Antiſpodii ex Ebore vſto,
Gum: Tragacanthi, ana ſcrupulos duos, & grana quinque.
Nucis Moſchatæ,
Cinnamomi,
Zingiberis, ana drachmam vnam ſemis.
Santali citrini,
albi,
rubri, ana drachmam vnam ſemis.
Sacchari in aqua roſacea diſſoluti triplum, miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## THERIACA ANDROMACHI.

℞ Trochiſcorum Scilliticorum drachmas quadraginta octo.
Trochiſcorum è Viperis,
Piperis longi,
Opii Thebaici,
Magmatis Hedychroi ſicci, ana drachmas viginti quatuor.
Roſarum ſiccarum, reſectis vnguibus,
Iridis Illyricæ odoræ,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem: Napi dulcis,
Cornarum Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agarici, ana drachmas duodecim.
Myrrhæ,
Coſti odorati ſeu Zedoariæ,
Croci,
Caſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Piperis albi,
nigri,

Thuris

Thuris maſculi,
Dictamni Cretici,
Rhei,
Stœchados,
Marrhubij,
Sem: Petroſelini Macedonici,
Calaminthes ſiccæ,
Terebinthinæ,
Radic: Pentaphylli,
Zingiberis, ana drachmas ſex.
Comarum Polij Cretici,
Chamæpityos,
Nardi Celticæ,
Amomi,
Styracis Calamitæ,
Rad: Mei,
Com: Chamædryos,
Rad: Phu Pontici,
Terræ Lemniæ,
Folior: Malabathri,
Chalcitidis aſſæ, vel eius loco Chalcanthi Romani vſti.
Radic: Gentianæ,
Gum: Arabici,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Nucis Moſchatæ, vel Cubebarum;
Sem: Aniſi frict:
Cardamomi,
Sem: Fœniculi,
Seſeleos,
Acaciæ, vel eius loco, ſucci inſpiſſati Prunellorum acerborum.
Sem: Thlaſpeos,
Summitatum Hyperici,
Sem: Ammeos,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei,
Radic: Ariſtolochiæ longæ,
Bituminis Iudaici,
Sem: Dauci,
Opopanacis,
Centaurij minoris,
Galbani pinguis, ana drachmas duas.
Vini antiqui q. ſ. quo diſſoluantur ſimplicia humida & liquabilia.
Mellis optimi triplum ad pondus ſpecierum aridarum, Miſce ſecundùm artem.

## THERIACA LONDINENSIS.

℞ Cornu Ceruini limâ deraſi vncias duas.
Sem: Citri,
Oxalidis,
Pœoniæ,
Ocimi, ana vnciam vnam.
Scordij,
Corallinæ, ana drachmas ſex.
Radic: Angelicæ,
Tormentillæ,
Pœoniæ,
Folior: Dictamni,
Baccar: Iuniperi,
Lauri, ana vnciam dimidiam.
Florum Calendulæ,
Caryophyllorum, ſeu Vetonicæ rubræ,
Anthos,
Summitat: Hyperici,
Nucis Moſchatæ,
Croci, ana drachmas tres.
Radic: Gentianæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Macis,
Myrrhæ,

Folior:

Folior: Scabioſæ,
Succiſæ,
Cardui Benedicti, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,
Opij, ana drachmam vnam.
Vini Maluatici quantum ſatis.
Mellis triplum. Miſce ſecundùm artem.

## ELECTVARIA LENIENTIA ET PVRGANTIA.

### BENEDICTA LAXATIVA, *NICOLAI.*

℞ Turpeti electi drachmas decem.
Diagrydij,
Cort: Radic: Eſulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Roſarum rubrarum, ana drachmas quinque.
Caryophyllornm,
Spicæ Nardi,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi,
Amomi, vel eius defectu Calami aromatici,
Cardamomi minoris,
Semin: Apij,
Petroſelini,
Carui,
Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci,
Milii Solis,
Salis gemmei,
Galangæ,
Macis, ana drachmam unam.
Mellis deſpumati triplum; fiat Electuarium ſecundùm artem. Poſſunt etiam ſpecies per ſe in officinis commodè reſeruari.

### CARYOCOSTINVM, *Bayr: è Gal.*

℞ Caryophyllorum.
Coſti candidi, ſeu Zedoariæ.
Zingiberis,
Cymini, ana drachmas duas.
Hermodactylorum,
Diagrydii, ana vnciam dimidiam.
Mellis deſpumati in vino albo duplum. Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

### CASSIA EXTRACTA PRO CLYSTERIBVS. *AVG.*

℞ Foliorum Violariæ,
Maluæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Flor: Violarum, ana manipul. vnum.
Fiat decoctio in ſufficienti quanti-

tate aquæ, cuius beneficio Caſſia extrahatur; & Cannæ eius interiùs lauentur, deinde,

℞ Caſſiæ cum hac decoctione extractæ, & ad conſiſtentiam coctæ, libram vnam.
Sacchari libram vnam ſemis.
Coquantur ad perfectionem ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM AMARVM MAGISTRALE.

℞ Agarici albiſſimi,
Turpeti electi,
Specier: Hieræ ſimp: Galen:
Rhabarbari optimi, ana drachmam vnam.
Aloes electæ, illotæ, drachmas duas.
Zingiberis,
Cremoris Tartari, ana ſcrupulos duos.
Iridis Florentinæ,
Farinæ Semin: Fœniculi dulcis ana ſcrupulum.
Syrupi Roſarum ſolutiui q. ſ.
Fiat Electuarium amarum.

## ELECTVARIVM AMARVM MINVS.

℞ Epithymi ſemunciam.
Radic: Angelicæ drachmas tres.
Gentianæ,
Zedoariæ,
Acori, ana drachmas duas.
Cinnamomi ſeſquidrachmam.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Croci, ana drachmam vnam.
Aloes vncias ſex.
Cum Syrupo Fumariæ,
Scabioſæ,
Saccharo, ana q. ſ.
Fiat Electuarium molle: ſ. a.

## DIACASSIA CVM MANNA.

℞ Prunorum Damaſcenorum vncias duas.
Florum Violarum manipul. vnum ſemis.
Aquæ fontanæ libram vnam ſemis.
Bulliant ſecundùm artem ad medietatis conſumptionem. In colatura diſſolue,
Pulpæ Caſſiæ vncias ſex.
Sacchari violati,
Syrupi violati, ana vncias quatuor.
Pulpæ Tamarindorum vnciam vnam.
Sacchari candi vnciam vnam ſemis.
Mannæ optimæ vncias duas.
Commiſceantur, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

CASSIA

## CASSIA EXTRACTA SINE FOLIIS SENNÆ.

℞ Prunorum numero duodecim.
Florum Violarum manipul. vnum.
Hordei mundati,
Sem: Aniſi,
Carthami,
Polypodij quercini, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris.
Thymi,
Epithymi, ana manipul. ſemis.
Paſſularum mundatarum ab acinis vnciam dimidiam.
Sem: Fœniculi drachmas duas.
Portulacæ,
Maluæ, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ vnciam dimidiam.
Fiat horum decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, colentur; & in colatura diſſolue ℞
Pulpæ Caſſiæ libras duas,
Tamarindorũ vnciam vnã.
Cinnamomi drachmas tres.
Sacchari optimi libram vnam.
Coquantur ad perfectionem. ſ.a.

## CASSIA EXTRACTA CVM FOLIIS SENNÆ.

℞ Electuarij Caſſiæ extractæ ſine folijs Sennæ libras duas.
Pulueris folior: Sennæ vncias duas.
Miſce ſecundùm artem.

## DIACARTHAMVM SEV DIACNICVM *ARNOLDI DE VILLA NOVA.*

℞ Specierum Diatragacanthi frigidi vnciam dimidiam.
Pulpæ Cydoniorum conditorum vnciam vnam.
Pulpæ Semin: Carthami vnciã dimidiam.
Zingiberis albi drachmas duas.
Diagrydij per ſe triti drachmas tres.
Turpeti albi drachmas ſex.
Mannæ granatæ drachmas duas.
Mellis Roſati colati,
Sacchari Candi, ana vnciam vnam.
Hermodactylorum vnciam dimidiam.
Sacchari albiſſimi vncias decẽ ſemis.
Fiat Electuarium liquidum ſecundùm artem.

## DIAPHOENICON *MES. iuxtà FERN.*

℞ Pulpæ Palmularum mundatarum ex hydromelite coctæ & cribro cretæ,

Penidiorum

Penidiorum recentium, ana libram dimidiam.
Amygdalarum dulcium expurgatarum vncias tres ſemis.
Contuſis & permiſtis omnibus adde,
Mellis deſpumati libras duas.
Paulùm coquantur ac deinde inſperge,
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinnamomi,
Fol: Rutæ ſiccorum,
Sem: Fœniculi,
Dauci, ana drachmas duas.
Turpeti tenuiſſime triti vncias quatuor.
Diagrydij vnciam vnam ſemis.
Fiat Electuarium ſ. a.

## DIAPRVNVM ~~SIMPLEX, RECTIVS~~ LENITIVVM, *NICOL.*

℞ Pruna Damaſcena recentia & matura numero centum.
Coquantur in ſ. q. aquæ donec tabeſcant. Pulpa per cribrum trajiciatur & reſeruetur. In percolato iure incoque clementiùs
Florum Violarum vnciam vnã, & in colatura diſſolue,
Sacchari libras duas, &
Coque in Syrupum; deinde adde
Pulpæ prædictæ & per ſe inſpiſſatæ, libram vnam,
Medullæ Caſſiæ,
Tamarindorum, ana vnciam vnam.
Tum permiſce pulueres ſequentes,
Santali Albi,
Rubri,
Spodii,
Rhabarbari, ana drachmas tres.
Roſarum,
Violarum,
Sem: Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Tragacanthæ,
Glycyrrhizæ,
Cinnamomi, ana drachmas duas.
Semin: quatuor frigidorum maiorum, ana drachmam vnam.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIAPRVNVM SOLVTIVVM, *NICOLAI.*

℞ Diapruni Lenitiui adhuc recentis & calidi libras quatuor.
Scammonii præparati vncias duas & drachmas quinque.
Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.
Cum in hoc medicamento Scammonii doſis ſit aucta ſecundùm authorem, minori pondere exhiberi poterit.

## DIACATHOLICON, *NICOLAI.*

℞ Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Folior: Sennæ, ana vncias duas.
Polypodii,
Violarum,
Rhabarbari,
Sem: Aniſi,
Penidiorum,
Sacchari candi, ana vnciam vnam.
Glycyrrhizæ raſæ,
Sem: Cucurbitæ,
Citruli,
Cucumeris,
Melonum, ana drachmas duas.
Conterenda conterantur, & ſume
Polypodij recentis vncias tres.
Sem: Fœniculi drachmas ſex.
Fiat decoctio in libris quatuor aquæ pluuialis vel communis ad tertiæ partis conſumptionem, colentur & colaturæ adde
Sacchari optimi libras duas.
Coquantur iterùm cum pulpis Caſſiæ & Tamarindorum, & in fine additis reliquis puluerizatis, fiat Electuarium ſ. a.

## DIACROCVMA SIVE SPECIES ELECTVARII DE CROCO, *MES.*

℞ Croci,
Radic: Aſari,
Sem: Petroſelini,
Dauci,
Aniſi,
Apij, ana vnciam dimidiá.
Rhabarbari,
Radic: Mei,
Spicæ Indicæ, ana drachmas ſex.
Caſiæ ligneæ veræ,
Coſti,
Myrrhæ,
Schœnanthûs,
Cubebarum,
Radic: Rubiæ.
Succ: Abſinthij, &
Agerarati, inſpiſſatorum,
Opobalſami, ſeu Olei Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas.
Cinnamomi,
Calami Aromatici, ana drachmam vnam ſemis.
Scordij veri,
Ceterach,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas duas ſemis.
Tragacanthi drachmam vnam.
Fiat Electuarium cum octuplo Sacchari albi in aqua Endiuiæ ſoluti & clarificati ſ. a.

## ELECTVARIVM DE CITRO SOLVTIVVM.

℞ Corticis Citri condîti,
Conſeruæ florum Violarum,
Bugloſſi,

Bugloſſi,
Pulueris Diatragacanthi frigidi,
Diagrydij, ana vnciam dimidiam.
Turpeti drachmas quinque.
Zingiberis drachmam dimidiam.
Folior: Sennæ drachmas ſex.
Sem: Fœniculi dulcis drachmã vnam.
Sacchari albiſſimi in aqua roſarum ſoluti, & ex arte cocti vncias decem.
Fiat Electuarium ſolidum ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM ELESCOPH, *MES.*

℞ Scammonij,
Turpeti optimi, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Myrobalanorum Emblicarum,
Nucis Moſchatæ,
Polypodii, ana drachmas duas ſemis.
Sacchari vncias ſex.
Mellis deſpumati vncias decem.
Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## CONFECTIO HAMECH, *MES.*

℞ Corticis Myrobalanorum citrinarum vncias duas,
Myrobalan: Chebularum,
Nigrarum.
Violarum,
Colocynthidos.
Polypodii quercini, ana vnciã vnam ſemis.
Abſinthii,
Thymi, ana vnciam dimidiam.
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Flor: Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.
Tuſa omnia macerentur per diem in ſeri lactis libris duabus, deinde coquantur ad libram vnã, fricentur manibus & exprimantur, Colatis adde
Succi Fumariæ,
Pulpæ Prunorum, &
Vuarum Paſſularũ, ana libram dimidiam.
Sacchari albi,
Mellis deſpumati, ana libram vnam.
Coquantur ad Mellis craſſitiem, inſpergendo ſub finem
Agarici trochiſcati,
Sennæ, tritorum, ana vncias duas.
Rhabarbari triti vnciam vnam ſemis.
Epithymi vnciam vnam.

Diagrydij

Diagrydii drachmas ſex.
Cinnamomi vnciam dimidiã.
Zingiberis drachmas duas.
Sem: Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi, ana drachmã vnam.
Fiat Electuarium ſ. a.
Sic è Fernelio, qui de induſtria omittit *vt contradicat Magiſtro*
Mannam,
Pulpam Caſſiæ, &
Tamarindorum.

## ELECTVARIVM INDVM MINVS, *MES.*

℞ Turpeti,
Sacchari, ana drachmas centũ.
Macis,
Piperis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas ſeptem.
Scammonii præparati drachmas duodecim.
Miſce cum Mellis deſpumati triplo, ad reliqua præter Saccharum, fiat Electuarium ſ. a.

## ELECTVARIVM LENITIVVM.

℞ Paſſularum enucleatarum.
Polypodii quercini,
Sennæ orientalis, ana vncias duas.
Mercurialis manipul: vnum ſemis.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana numero viginti.
Capillorum Veneris,
Violarum,
Hordei mundi, ana manipul: vnum.
Prunorum Damaſcenorũ enucleatorum,
Tamarindorum, ana drachmas ſex.
Glycyrrhizæ vnciam dimidiã.
Coquantur ſ. a. colentur, in colatura diſſolue
Pulpæ Caſſiæ fiſtularis,
Tamarindorum,
Prunorum recentium,
Sacchari violati, ana vncias ſex.
Sacchari optimi libras duas.
Vltimò adde Pulueris Sennæ vnciam vnam ſemis, pro qualibet libra Electuarii.
ſicque in formam redigantur ſ. a.

## ELECTVARIVM PASSVLATVM.

*e Zizibis Martini Rulandi*

℞ Polypodii quercini vncias tres.
Foliorum Sennæ,
Radic: Althçæ recentium, ana vncias duas.
Sem: Aniſi drachmas duas.
Omnia infundantur in aqua fontana q. ſ. in vaſe vitreato, & coquantur

quantur ſ.a. deinde fiat expreſſio, Colaturæ adde,

Pulpæ Paſſularum per ſetaceum tranſmiſſarum libram dimidiam.

Sacchari albi,

Mannæ, ana vncias quatuor.

Coquantur rurſus ad Cydoniati craſſitudinem, quater in anno renouetur.

## ELECTVARIVM è SVCCO ROSARVM, *NICOLAI MYREPS:*

℞ Sacchari,

Succi Roſarum rubrarum, ana libram vnam & vncias quatuor.

Trium Santalorum, ana drachmas ſex.

Spodii drachmas tres.

Diagrydii drachmas duodecim.

Camphoræ ſcrupulum vnum.

fiat Electuarium ſ. a.

Succus cum Saccharo coquatur ad iuſtam conſiſtentiam, dein addantur tritæ Species.

## ELECTVARIVM REGINÆ COLONIENS:

℞ Sem: Saxifragiæ,

Milij Solis,

Suc: Glycyrrhizæ, ana ſemunciam.

Sem: Carui,

Aniſi,

Apij,

Fœniculi,

Petroſelini Macedonici,

Geniſtæ,

Dauci,

Ruſci,

Aſparagi,

Leuiſtici,

Cymini,

Iuniperi,

Rutæ,

Sileris montani,

Rad: Acori veri,

Pulegij,

Pentaphylli,

Bacc: Lauri, ana drachmas duas.

Spicæ Indicę,

Scœnanthûs,

Peucedani,

Valerianæ,

Carabes,

Lap: Lyncis, ana ſeſquidrachmam.

Galangæ,

Zingiberis,

Turpeti, ana drachmas duas.

Sennæ Alex: vnciam vnam.

Sanguinis Hirci pręp: ſemunciã.

Miſce: fiat Puluis; inde Electuarium ſecundùm artem.

## HIERA PICRA SIMPLEX *GALENI.*

℞ Cinnamomi,

Xylobalſami, ſeu Ligni Aloes,

Aſari,

Aſari,
Spicæ Nardi,
Maſtiches,
Croci, ana drachmas ſex.
Aloes (non lotæ) vncias duodecim ſemis.
Mellis deſpumati libras quatuor & vncias tres.

Miſce, fiat Electuarium ſ. a.

Species etiam per ſe poterunt reſeruari.

### HIERA CVM AGARICO.

℞ Specierum Hieræ ſimplicis ſine Aloe,
Agarici trochiſcati, ana vnciam dimidiam.
Aloes non lotæ, vnciam vnam.
Mellis deſpumati vncias ſex.

Miſce, fiat Electuarium ſ. a.

### HIERA LOGADII
*NICOL: MYREPS:*

℞ Pulpæ Colocynthidos.
Polypodii, ana drachmas duas.
Euphorbii,
Polij montani,
Sem: Thymeleæ, ana drachmam vnam ſemis & grana ſex.
Abſinthii,
Myrrhæ, ana drachmam vnam & grana duodecim.
Centaurii minoris,
Agarici,
Gum: Ammoniaci,
Folij, ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Scillæ præparatæ,
Diagrydii, ana drachmã vnam.
Aloes,
Comarum Thymi,
Chamædryos,
Caſiæ ligneæ,
Bdellii,
Marrubii, ana ſcrupulum vnũ & grana quatuordecim.
Cinnamomi,
Opopanacis,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Trium Piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroſelini, ana drachmã ſemis.
Hellebori nigri, &
albi, ana grana ſex.
Mellis deſpumati libram vnam ſemis.

Miſce, fiat Electuarium, ſ. a.

Species etiam per ſe reſeruantur in officinis.

### HIERA PACHII, SEV DIACOLOCYNTHIDOS
*NICOL: ALEX:*

℞ Colocynthidos,
Agarici,
Chamædryos,
Marrubii,
Stœchados, ana drach: decem.

Opopanacis,
Sagapeni,
Sem: Petroſelini,
Rad: Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi, ana drachmas quinque.
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Folij,
Croci, ana drachmas quatuor.

Gummi trita mortario, cribrata cętera, excipiantur Mellis deſpumati libris duabus, vnciis vndecim, & drachmis quinque, vt fiat Electuarium ſ. a.

## TRYPHERA MINOR,

*FOENON: MES.*

℞ Myrobal: Chebularum,
Belliricarum,
Indarum,
Emblicarum,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas quinque.
Sem: Naſturtij,
Rad: Aſari,
Origani Perſici, ſeu Cretici Dictamni,
Piperis nigri,
Olibani,
Ammeos,
Zingiberis,
Tamariſci ſatiuæ fruct: vel fol:
Nardi Indicæ,
Schœnanthûs,
Cyperi rad: ana ſemunciam.
Limaturę Chalybis pręp: drachmas viginti,

Myrobalani aſſentur modicùm butyro non ſalito: pulucrizata reliqua amygdalino dulci oleo inuoluantur: demùm adijcito
Moſchi electi drachmam vnam.
Mellis deſpumati triplex pondus.

Fiat Electuarium debitâ conſiſtentiâ, ſecundùm artem.

## TRYPHERA SOLVTIVA

*RENODÆI.*

℞ Diagrydii drachmas decem.
Turpeti optimi ſeſquivnciam.
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Macis, ana drachmas tres.
Santali citrini,
Glycyrrhizæ raſæ,
Sem: Fœniculi dulcis, ana ſemvnciam.
Acori,
Schœnanthûs, ana drachmam.
Cortic: Citri condîti,
Roſarum, ana drachmas tres.
Violarum drachmas duas.
Penidiorum vncias quatuor.

Sacchari

Sacchari tabarzet ſelibram.
Mellis albiſſimi in ſucco Pomorum bene deſpumati libram vnam.
Fiat Electuarium ſ. a.

## CONFECTIO HVMAINMES.

℞ Euphragiæ vncias duas.
Sem: Fœniculi drachmas quinque.
Caryophyllornm,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam vnam.
Pulucrizatis, cribellatis, adde
Mellis deſpumati libram vnam quâ ſimul coque, & depura
Succ: Fœniculi vnciam vnam.
Chelidoniæ,
Rutæ, ana ſemunciam.
Cum his confectæ Species in vaſe vitreato reſeruentur.

*Electuaria præ reliquis electa nemo negligat, quòd polychreſta, polydædala, quædam aſcripta Regibus, Imperatoribus, ipſiſq; Papis. Ne putes igitur*
Intellecta priùs quàm ſunt, contempta relinqui.
*Quæ tamen contempta videantur, ſi connumerata tantummodò. Sed vt alter Poeta addit,* Eſt numerus: nec enim numero comprendere refert.
*Nec refert Hieras, Holippas, Trypheras, aut plures addere Antidotos Confectiones.*

PILVLÆ

Sacchari rabarei ſelibram.
Mellis albiſſimi in ſucco Pomorum bene deſpumati libram vnam.
Fiat Electuarium l. a.

## CONFECTIO HVMAIN ME S.

℞ Euphragiæ vncias duas.
Semi. Fœniculi drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam vnam.
Puluerizatis, cribellatis, adde
Mellis deſpumati libram vnam quā ſimul coque, & depura
Succi Fœniculi vnciam vnam,
Chelidoniæ,
Rutæ, ana ſemunciam.
Cum his confectæ Species in vaſe vitreato ſeruentur.

*Electuaria præ reliquis electa nemo negligat, quòd polychreſta, polyhedata, quædam aſcripta Regibus, Imperatoribus, ipſisq́; Papis. Ne pateo igitur*

Intellecta prius quàm ſunt, contempta relinqui.

*Quæ tamen contempta videantur, ſi communicata tantummodo. Sed vt alter Poeta addit,*

Eſt numerus : nec enim numero comprehendere refert.

*Nec refert Hieras, Holyppas, Diaphœnicas, aut plures addere Antidotas Confectiones.*

# PILVLÆ

# PILVLAE PVRGANTES LENIORES SINE SCAMMONIO AVT COLOCYNTHIDE &c.

## PILVLÆ ALEPHANGINÆ SIVE AROMATICÆ,

*MES: iuxta RENOD:*

℞ Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Carpobalſami, aut ſem: Angelicæ, ſeu Galangæ: *Renod:*
Schœnanthûs,
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Roſarum rubrarum,
Abſinthij ſicci, ana vnciam dimidiam.

Hæc craſſiuſculè trita, macerentur per horas duodecim in aquæ libris quatuor: Deinde igne lento bulliant ad tertiæ partis abſumptionem, In colatura nutriatur
Aloes libra vna.

Tum abſumptâ aqueâ humiditate ſuper cineres calidos, aut in hypocauſto, adde
Myrrhæ,
Maſtiches, ana vnciam dimidiam.
Croci drachmas duas.
Syrupi de Abſinthio q. ſ.
fiat Maſſa ſ. a.

## ALOE ROSATA

*Hier: Fabr: Acquap.*

℞ Aloes Succotrinæ lucid: puluеriz: vncias quatuor.
Succi Roſarum Damaſc: depurati libram vnam.

Miſce, digere ad Solem vel in Balneo, dum exhalauerit omnis humiditas: id quater repetatur, paribus euaporatione, formâ, doſi. Maſſa in pyxidem repoſita, in pilulas ſit reducenda.

PILVLÆ

## PILVLÆ DE ALOE LOTA. *AVG.*

℞ Aloes lotæ cum ſucco Roſarum pallidarum vnciam vnam.
Agarici Trochiſcati drachmas tres.
Maſtiches drachmas duas.
Specierum Diamoſchi dulcis drachmam dimidiam.
Syrupi è roſis pallidis q. ſ.
fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ ASSAIERETH *AVICENNÆ.*

℞ Specierum Hieræ picræ Galeni vnciam vnam.
Aloes vncias duas.
Maſtiches,
Myrobalanorum Citrinarum, ana vnciam dimidiam.
Cum Syrupo de Stœchade q. ſ.
Miſce, fiat Maſsa ſ. a.

## PILVLÆ DE BDELLIO. *MES.*

℞ Bdellii drachmas decem.
Myrobalan: { Belliricarum, Emblicarum, Nigrarum, ana drach: quinque.
Scoriæ ferri,
Sem: Porri, ana drachmas tres.
Conchulæ (Veneris) aduſtæ,
Coralli vſti,
Charabes, ana ſeſquidrachmã.
Margaritarum ſemunciam.
Infunde Bdellium in ſucco Porri.
Fiant Pilulæ, ſ. a.
*Expertæ ad fluxũ hæmorrhoidarum et vlcerum in eis et ad fluxum menstruorum*

## PILVLÆ DE EVPATORIO, *MES.*

℞ Myrobalanorum Citrinarum,
Succi Eupatorij, i. Agerati,
Abſinthij, ana drachmas tres.
Rhabarbari drachmas tres ſemis.
Maſtiches drachmam vnam.
Croci drachmam dimidiam.
Aloes optimæ drachmas quinque.
Syrupi è ſucco Endiuiæ q. ſ.
fiat Maſsa ſ. a.
*præstantiores quam quæ e Rhabarbaro inscribuntur*

## PILVLÆ DE HIERA CVM AGARICO EX *AVGVST:* *MES.*

℞ Specierum Hieræ Picræ Galeni.
Agarici Trochiſcati, ana vnciam dimidiam.
Aloes optimæ vnciam vnam.
Mellis roſati q. ſ.
fingantur in Maſsam ſ. a.

PILVLÆ

## PILVLÆ IMPERIALES *FERNELII.*

℞ Aloes optimæ vncias duas.
Rhabarbari electi vnciam vnã ſemis.
Agarici trochiſcati,
Folior: Sennæ mundatorum, ana vnciam vnam.
Cinnamomi drachmas tres.
Zingiberis drachmas duas.
Nucis Moſcatæ,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Maſtiches, ana drachmã vnam.
Cum Syrupo Violato ſubacta cogantur in Maſſam ſ. a.

*Clementer ac moderate oes humores e viſceribus expurgant, ea pariter corroborant infarctum liberant viſcera oia iuvant et ſpiritus purificant*

## PILVLÆ MASTICHINÆ *FERNELII.*

℞ Maſtiches vncias duas.
Aloes vncias quatuor.
Agarici trochiſcati,
Pulueris Hieræ ſimplicis, ana vnciam vnam ſemis.
Cum vino Maluatico cogantur in Maſſam ſ. a.

## PILVLÆ PESTILENTIALES, *RVFFI.*

℞ Aloes optimæ vncias duas.
Myrrhæ electæ,

*vacuant à ventriculo Meſareo hæpate, excrementa pitititoſa, bilioſa putria et absumunt parteſq dictas roborant. Servant à Peste quia corpus ſiccant, vacuant à putredine vindicant*

Croci ſinceri, ana vnciam vnã.
Excipiantur ſyrupo ex ſucco Limonum. fiat Maſsa ſ. a.

*Tempore Pestis addatur tantũ de Bolo quantum de Aloe*

## PILVLÆ STOMACHICÆ *MES.*

℞ Aloes drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum rubrarum, ana drachmas duas.
Cum Syrupo Abſinthii cogantur in Maſsam, ſ a.

*Stomachum et Caput mundificant*

## PILVLÆ DE SVCCINO.

℞ Succini albi,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Aloes drachmas quinque.
Agarici drach: vnam ſemis.
Ariſtolochiæ longæ drach: ſemis.
Syrupi ex Abſinthio q. ſ.
Fiat Maſsa ſ. a.

## PILVLÆ DE RHABARBARO, *MES.*

℞ Rhabarbari electi drachmas tres.
Myrobal: Citrinarum,

Trochiſc: Diarhodon, ana drach: tres ſemi.
Succi Glycyrrhizæ,
Abſinthii,
Maſtiches, ana drachmam vnam.
Sem: Fœniculi,
Apii, ana ſemi-drachmam.
Spec: Hieræ picræ ſimpl: Galeni drach: decem.
Excipe ſucco Fœniculi non depurato, & Melle q. ſ.
Fiat Maſſa. ad febres antiquas ex diversis generatas humoribus viscosis putridis ad dolorem hepatis et præcipue ad hydropem

## PILVLÆ EX TRIBVS *FERNELII.*

℞ Maſtiches vncias duas.
Aloes vncias quatuor,
Agarici trochiſcati,
Pulueris Hieræ ſimplicis, ana vnciam vnam ſemis.
Rhabarbari electi vncias duas.
Cinnamomi vnciam dimidiam.
Cum ſyrupo è Cichorio fiat Maſſa ſ. a.

# PILVLÆ PVRGANTES FORTIORES CVM SCAMMONIO, VEL COLOCYNTHIDE &c.

## PILVLÆ DE AGARICO, *MES.*

℞ Agarici drachmas tres.
Radic: Ireos,
Maſtiches,
Marrhubij, ana drachmam vnam.
Turpeti drachmas quinque.
Specierum Hieræ Picræ Galeni vnciam dimidiam.
Colocynthidos,
Sarcocollæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ drachmam vnam.
Sapæ q. ſ.
Fiat maſſa ſ. a. Mundificant pectus ab humoribus grossis et putridis Conferunt Asthmati et Tussi antiquæ Pectori sunt admodum vtiles

## PILVLÆ AGGREGATIVÆ SIVE POLYCHRESTÆ *MES.*

Omnes humores purgant

℞ Myrobalanorum Citrinarum,
Rhabarbari optimi, ana vnciam dimidiam.
Succ: Eupatorii, i. Agerati, & Abſinthii inſpiſſatorum, ana drachmas duas.
Diagrydii drachmas quinque.
Myrobal: { Chebularum, Indarum,
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii, ana drachmas duas.
Turpeti optimi,
Aloes,
Ad varios capitis ventriculi jecorisq. affectus · ad diuturnas et complicatas · vitia capitis ventriculi et Jecoris plurimū valent

Aloes, ana drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum,
Salis gemmei,
Epithymi,
Aniſi,
Zingiberis, ana drachmã vnã.
Cum ſyrupo Roſarum pallidarum q. ſ. fiat Maſſa ſ. a. *Inter pillulas quibus vtimur hæ magis excellunt*

## PILVLÆ ARABICÆ, *NICOLAI.*

*omnes humores mirifice purgant lætitiam generant tristiam depellunt mentis vigorem conservant visum acuunt*

℞ Aloes optimæ vncias quatuor.
Radic: Bryoniæ,
Myrobal: Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Maſtiches,
Diagrydij,
Aſari,
Roſarum, ana vnciam vnam.
Caſtorei drachmas tres.
Croci drachmam vnam.
Cum ſyrupo Abſinthij, fiat Maſsa ſecundùm artem. *auditu amissum reparant memoriam roborant vertigini hemicraniæ ac dolori capitis succurrunt*

## PILVLÆ ARTHRITICÆ. *NICOLAI.*

℞ Hermodactylorum,
Turpeti,
Agarici, ana vnciam dimidiam.
Caſiæ ligneæ,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum,
Xylobalſami, vel Ligni Aloes,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Macis,
Galangæ,
Zingiberis,
Maſtiches,
Aſæ fœtidæ,
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Aſparagi,
Ruſci,
Roſarum,
Milij Solis,
Salis gemmei, ana drachmas duas.
Scammonii vnciam vnam.
Aloes optimæ ad pondus omnium.
Succi ex Iua Arthritica inſpiſsati cum Sacchari q. ſ. vel ſyrupi ex ſucco eiuſdem q. ſ. fiat Maſsa. *Ad podagram aliosq; articulorum dolores*

## PILVLÆ AVREÆ *NICOLAI.*

℞ Aloes,
Diagrydij, ana drachmas quinque.
Roſarum rubrarum,
Sem: Apij, ana drachmas duas ſemis.
Fœniculi,
Aniſi, ana drachmam vnam ſemis.

Maſtiches,
Croci,
Trochiſcorum Alhandal, ana drachmam vnam.

Trita excipiantur Mellis Roſacei colati q. ſ. fiat Maſsa ſecundùm artem. purgant Caput lumen oculorum acuunt, ventositatem stomachi et intestinorum expellunt et sine molestia purgant

## PILVLÆ COCHIÆ RHASIS.

℞ Specierum Hieræ Picræ Galeni drachmas decem.
Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, & ſcrupulum vnum:
Diagrydij drachmas duas ſemis.
Turpeti,
Stœchados, ana drachmas quinque.
Syrupi de Stœchade q. ſ. fiat Maſsa ſ. a. Caput mirabiliter mundificant, maxime ab humoribus grossis et frigidis. conferunt Cephalea. et hemicraneæ

## PILVLÆ FOETIDÆ MAIORES, *MES.*

℞ Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellij,
Colocynthidos,
Sem: Rutæ agreſtis, vel ſiccæ hortenſ:
Aloes,
Epithymi, ana drach: quinque.

Conferunt ad dolorem juncturarū et podagra, dorsi et genuum et dolorem ex humore crudo. dolorem stomachi et ad Lepram

Turpeti vnciam dimidiam.
Scammonii drachmas tres.
Eſulæ preparatæ,
Hermodactylorum, ana drachmas duas.
Zingiberis drachmam vnam ſemis.
Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Caſtorei, ana drachmam vnam.
Euphorbij ſcrupulos duos.

Dilue gummi ſucco Porri, & finge Maſsam cum Syrupo facto è ſucco Porri & Saccharo ſ. a.

## PILVLÆ DE FVMARIA *AVICENNÆ.*

℞ Myrobal: { Citrinarum, Chebularum, Indarum,
Diagrydij, ana drachmas quinque.
Aloes drachmas ſeptem.

Trita omnia ter imbuantur ſucco Fumariæ, terque ſiccari ſinantur, ac demùm cogantur in maſsam cum ſyrupo de Fumaria ſ. a. Solvunt humores acres, biliosos, pituitam salsam et alios adustos, a quibus pruritus et Scabies

## PILVLÆ DE HERMODACTYLIS MAIORES, *MES.*

℞ Sagapeni drachmas ſex.
Opopanacis drachmas tres.

Liquentur

Liquentur in ſucco Braſſicæ calefacto q. ſ. & idoneo linteo tranſmittantur, deinde parum coquantur, Tum

℞ Hermodactylorum,
Aloes,
Myrobalanorum Citrinarum,
Turpeti,
Colocynthidos,
Bdellij mollis, ana drachmas ſex.
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Euphorbij,
Sem: Rutæ ſylueſtris vel ſatiuæ,
Apij, ana drachmas tres.
Croci drachmam vnam ſemis.

Cum ſyrupo è ſucco Caulium facto cum Melle fiat maſſa ſ. a.

Craſſos viſcidos et frigidos humores ex remotiſſimis partibus educunt, articularijs morbis conveniunt et arthritidi

## PILVLÆ INDÆ, *MES.* ex *HALY.*

℞ Myrobalanorum Indarum,
Ellebori nigri,
Polypodij, ana drachmas quinque.
Epithymi,
Stœchados, ana drachmas ſex.
Agarici,
Lapidis Lazuli, loti egregiè,
Colocynthidos, vel Troch: Alhandal.
Salis Indi, ana vnciam dimidiam.

Ad vitia ex humore melancholico, Cancrũ elephansiasin alphos nigros curatu difficiles Melancholiam et inde ortũ timorem et mærorem. Quartanum Icterũ nigrũ ex vitio Lienis procreatũ eiusq dolorem proſunt

Succi Eupatorij, i. Agerati inſpiſſati,
Spicæ Indicæ, ana drachmas duas.
Caryophyllorum drachmam vnam.
Specierum Hieræ picræ ſimpl: Galeni drachmas duodecim.

Cum Syrupo è Succo Apij fiat maſſa ſ. a.

Inter morborũ initia non exhibenda

## PILVLÆ DE LAPIDE LAZVLI, *MES.*

℞ Lapidis Lazuli ſępiùs loti drachmas quinque.
Epithymi,
Polypodii,
Agarici, ana vnciam vnam.
Scammonij,
Hellebori nigri,
Salis Indi, ana drachmas duas ſemis.
Caryophyllorum,
Sem: Aniſi, ana vnciam dimidiam.
Hieræ picræ drachmas quindecim.

Confice cum ſyrupo è ſucco Cichorij, & fiat Maſsa ſ. a.

Ad ægritudines melancholicas et choleræ adustæ

## PILVLÆ LVCIS MAIORES *MES.*

℞ Roſarum,
Violarum,
Abſinthij,

Abſinthij,
Colocynthidos,
Turpeti,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Nucis Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalſami, vel Cardamomi,
Xylobalſami, vel Ligni Aloes,
Sem: Seſeleos,
Rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apii,
Schœnanthûs,
Maſtiches,
Radic: Aſari,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ,
Croci,
Macis, ana drachmas duas.
Myrobal: { Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Rhabarbari, ana vnciam dimidiam.
Agarici,
Sennæ, ana drachmas quinque.
Euphragiæ drachmas ſex.
Aloes Succotrinæ ad pondus omnium; confice cum ſyrupo de ſucco Fœniculi, ſ. a.

Addunt in viſu. corroborant illum et abstergunt instrumenta ſenſuum expellunt ſuperfluitates; custodiunt Sanitatem corporis: Præſumitur ſuper ieris abſq necesſitate abstinendi

## PILVLÆ MECHOACANÆ *RENODÆI.*

℞ Mechoacanæ vnciam dimidiã.
Turpeti drachmas tres
Folior: Thymelçæ in aceto maceratorum & ſiccatorũ.
Sem:n: Ebuli,
Agarici trochiſcati, an adrachmas duas.
Radic: Eſulæ præparatæ,
Maſtiches, ana drachmam vnam ſemis.
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmei, ana ſcrupulos duos.
Fiat omnium puluis; & cum Syrupo facto cum ſaccharo & ſucco radicum Iridis fiat maſſa pro Pilulis ſecundùm artem.

## PILVLÆ SINE QVIBVS ESSE NOLO, *NICOLAI.*

℞ Aloes lotæ drachmas quatuordecim.
Myrobal: { Citrinarum, Chebularum, Belliricarum, Emblicarum, Indarum,
Rhabarbari,
Maſtiches,
Abſinthii,

Bilem, pituitam et Melancholiam vndiq ſed præcipue ex capite oculis et ſenſibus detrahunt oculorũ ſuffuſiones minuunt et viſum conſervant, aurium dolores tinnitumq tollunt

Roſarum

Roſarum rubrarum,
Violarum,
Sennæ,
Agarici,
Caſſuthæ, ana drachmā vnam.
Diagrydij drachmas ſex ſemis.
Cum ſyrupo ex ſucco Fœniculi facto cum Melle, fiat Maſſa ſecundùm artem.

## PILVLÆ EX ESVLA. FERNELII.

Hydropicorū aquas ab alvo deducunt non febi perturbatione

℞ Cortic: Radic: Eſulæ minoris maceratæ horis 24. in aceto & ſucco Portulacæ, drachmas duas.
Grana Ricini expurgata, torrefacta, numero quadraginta.
Myrobalanorum citrinarum ſeſquidrachmam.
Chamædryos,
Chamæpityos,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi, ana ſcrup: duos.
Trita tenuiſſimè excipiantur vnciâ vna Tragacanthæ aquâ Roſarum ſolutæ, Addito ſyr: Roſarum q. ſ. vt cogantur in maſsam ſ. a.

Solis robustis atq; ijs non febricitantibus conveniunt

## PILVLÆ EX EVPHORBIO, MES.

℞ Euphorbij,
Colocynthidos,
Agarici,
Bdellij,
Sagapeni, ana drach: duas.

Potentiſsime evacuant, ſed non niſi robustis et præcipiti malo exhibendæ

Aloes drachmas quinque.
Cum Syrupo ex Succo Porri fiat maſſa ſ. a. Uſus earū in reſolutione nervorū et ſyderatione, articularijs affectibus et aquæ suſpitionibus

## PILVLÆ DE OPOPANACE. MES.

℞ Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellij,
Ammoniaci,
Colocynthidos, ana drachmas quinque.
Croci,
Caſtorei,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
longi,
Caſiæ ligneæ,
Myrobal: Citrinarum,
Belliricarum,
Emblicarum, ana drach: vnam.
Scammonij drachmas duas.
Turpeti ſemunciam.
Aloes drachmas duodecim.
Infuſis lachrymis in aqua Cauliū, formetur maſſa ſ. a. cum Syrupo ex Succo Caulium.

## PILVLÆ TVRPETI AVREÆ, MES.

℞ Turpeti gummoſi drachmas ſedecim.

Aloes ſeſquiunciam.
Myrobalanorum citrinarum drachmas decem.
Roſarum rubrarum,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Croci drachmas tres.
E puluerizatis cum Syrupo Abſinthij q. ſ. fiat maſſa.

## PILVLÆ CVM OPIO.

## PILVLÆ DE CYNOGLOSSO *FERNELII.*

℞ Myrrhæ drachmas ſex.
Thuris maſculi drachmas quinque.
Opii,
Sem: Hyoſciami,
Radic: Cynogloſſi aridarum, ana vnciam dimidiam.
Croci,
Caſtorei, ana drachmam vnam ſemis.
Cum Syrupo ex Stœchade fiat Maſſa ſecundùm artem.

## LAVDANVM.

℞ Opii Thebaici extracti in ſpiritu Vini vnciam vnam.
Croci ſimiliter extracti drachmam vnam ſemis:
Caſtorei drachmam vnam.
Excipiantur tincturâ ſemivnciæ ſpecierum Diambræ recentium in ſpiritu vini factâ.
Addendo (ex gratia) Ambræ griſeæ & Moſchi, ana grana ſex.
Olei Nucis Moſchatæ guttas decem.
Tum euaporatione factâ ad balnei calorem tepidum fiat Maſsa.

## PILVLÆ SCRIBONII.

℞ Sagapeni,
Myrrhæ, ana drachmas duas.
Opij,
Cardamomi,
Caſtorei, ana vnciam dimidiam.
Piperis albi drachmam dimidiam.
Sapæ quantum ſufficit.
Fiat Maſsa ſecundùm artem.

## PILVLÆ è STYRACE *MES.*

℞ Styracis liquidæ,
Thuris,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Opij, ana partes æquales.
Miſce, fiat maſſa pro pilulis cum ſufficienti quantitate Syrupi de Papauere ſecundùm artem.

TRO-

# TROCHISCI ALTERANTES SINE OPIO.

## TROCHISCI DE ABSINTHIO *MES.*

℞ Roſarum rubrarum,
Abſinthij Pontici,
Aniſi, ana drachmas duas.
Rhabarbari,
Succi Eupatorii, i. Agerati,
Aſari,
Sem: Apij,
Amygdalarum amararum.
Spicæ Nardi Indicæ,
Maſtiches,
Folii, vel Macis, ana drachmam vnam.
Succi Cichorii, q. ſ. fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI ALEXITERII, *RENODÆI.*

℞ Radic: Gentianæ,
Tormentillæ,
Ireos Florentinæ,
Zedoariç, ana drach: duas.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmam dimidiam.
Zingiberis drachmam vnam.
Radic: Angelicæ drachmas tres.
Sem: Coriandri præparatorum,
Roſarum, ana drachmam vnã.
Corticis Citri ſicci drachmas duas.
Fiat omnium Puluis ſubtiliſſimus & cum Succi Glycyrrhizæ vino

Hippocratico parùm emolliti, & liquefacti, vnciis ſex,
fiat paſta mollis, de qua formentur Trochiſci, vel potiùs Bacilli oblongi, ſ. a.

## TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ, *NIC:*

℞ Labdani puriſſ: triti vncias tres.
Styracis Calamitæ vnciam vnâ ſemis.
Benzoini vnciam vnam.
Ligni Aloes drachmas duas.
Ambræ griſeæ drachmā vnam.
Camphoræ drachmam dimidiam.
Moſchi ſcrupulum dimidium.
Aquæ Roſarum q. ſ. Miſce, fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI DE ANISO, *MES.*

℞ Aniſi,
Succi Eupatorii, ana drachmas duas.
Sem: Anethi,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Folii, vel Macis,
Folior: Abſinthii,
Aſari,
Apii,
Amygdalarum amararum, ana drachmam dimidiam.
Aloes drachmas duas.
Succi Abſinthii q. ſ. fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI BECHICI ALBI, VEL ROTVLÆ PECTORALES.

℞ Sacchari albiſſimi librâ vnam,
Sacchari candi albi,
Penidiorum, ana vncias quatuor.
Glycyrrhizæ drachmas ſex.
Radic: Iridis Florentinæ vnciam dimidiam.
Amyli ſeſquivnciam.
Mucilaginis Tragacanthæ ex aqua Roſarum factæ, q. ſ.
Fiant Trochiſci, & additis Moſchi granis tribus, & Ambræ griſeæ granis quatuor,
poterunt formari in Rotulas, quas vulgò vocant Rotulas Pectorales. Vel ſi viſum fuerit ſine Moſcho, aut Ambra.

## TROCHISCI BECHICI NIGRI, RHASIS.

℞ Succi Glycyrrhizæ,
Sacchari albi, ana drachmas decem.
Tragacanthi,
Amygdalarum dulc: mundat: ana drachmas ſex.
Mucilaginis Cydoniorum q. ſ.
Miſce; fiant Trochiſci, ſ. a.

TRO-

## TROCHISCI DE BERBERIS, *MES.*

℞ Berberorum Baccarum ſiccarū.
Succi Glycyrrhizæ,
Spodii,
Sem: Portulacæ, ana drachmas tres.
Roſarum rubrarum drachmas ſex.
Spicæ Indicæ.
Croci.
Amyli.
Tragacanthi, ana drachmam vnam.
Sem: Citruli drachmas tres ſemis.
Camphoræ drachmam dimidiam.
Confice cum Manna ſucco Berberorum diluta, ſ.a.

## TROCHISCI DE CAMPHORA, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum drachmas quatuor.
Spodii,
Glycyrrhizæ, ana drachmas duas.
Sem: quatuor frigidorum maiorum.
Tragacanthæ,
Croci,
Gummi Arabici,
Spicæ Nardi Indicæ, ana drachmam vnam.
Santali Citrini drachmas duas ſemis.
Ligni Aloes,
Cardamomi maioris,
Amyli,
Camphoræ, an: ſcrupulos duos.
Sacchari albiſſimi,
Mannæ, ana drachmas tres.
Mucilaginis Sem: Pſyllij cum aqua Roſarum factæ q. ſ. ad formandos Trochiſcos.

## TROCHISCI DE CAPPARIBVS, *MES.*

℞ Corticum radicum Capparum
Sem: Agni Caſti, ana drachmas ſex.
Gum: Ammoniaci,
Sem: Nigellæ,
Calaminthæ,
Acori,
Succi Eupatorij, i. Agerati inſpiſſati,
Amygdalarum amararum,
Foliorum Rutæ,
Radic: Ariſtolochiæ rotundæ.
Sem: Naſturtij, ana drachmas duas.
Scolopendrij, id eſt, Cetrach.
Cyperi rotundi, ana drachmam vnam.
Ammoniaco in aceto acerrimo

ſoluto pulueres cæteri miſceantur, & formentur Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI CYPHEOS *DAMOCRATIS.*

℞ Pulpæ vuarum paſſarum pinguium,
Terebinthinæ coctæ, ana vnci as tres.
Myrrhæ,
Schœnanthûs, ana vnciam vnā ſemis.
Calami Aromatici drachmas nouem.
Cinnamomi vnciam dimidiā.
Vnguium Bdellij,
Spicæ Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Cyperi,
Baccarum Iuniperi, ana drachmas tres.
Aſpalathi, ſiue Ligni Aloes drachmas duas ſemis.
Croci drachmam vnam.
Mellis deſpumati q. ſ.
Vini optimi modicum.

Bdellium, Vinum & Myrrha mortario immittantur, benè terantur, donec redierint ad craſſitudinem liquidi Mellis; poſteà Mel addatur, cum Pulpa Paſſul: contritum, poſtremò reliqua omnia læuigata, ſicque fiant Trochiſci ſ. a. ſiccentur in vmbra.

## TROCHISCI DIARHODON, *MES.*

℞ Folior: Roſarũ rubrarũ drachmas ſex,
Spicæ Aromaticæ,
Ligni Aloes, ana drachmas duas.
Glycyrrhizæ drachmas tres.
Spodii drachmam vnam.
Croci drachmam dimidiam.
Maſtiches drachmas duas.

Cum vino albo fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI DE EVPATORIO, *MES.*

℞ Mannæ,
Succi Eupatorij, i. Agerati inpiſsati, ana vnciam vnam.
Roſarum rubrarum vnciam dimidiam.
Spodij ex Ebore drachmas tres ſemis.
Spicæ Indicæ drachmas tres.
Rhabarbari,
Aſari,
Aniſi, ana drachmas duas.

Cum aqua Cuſcutæ fiāt Trochiſci. Manna autem cum ſucco eſt ſoluenda

ſoluenda : deinde pulueres cæteri paulatim ſucco adiiciantur : in vmbra exiccati reponantur.

### TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA, *MES.*

℞ Ligni Aloes crudi drachmas quinque.
Ambræ griſeæ drachmas tres.
Moſci drachmam vnam,
Cum Mucilagine Tragacanthę extracta cum ſufficienti quantitate aquæ Roſarum, fiant Trochiſci, ſiccentur in vmbra.

### TROCHISCI GORDONII.

℞ Semin: 4$^{or}$. frigidorum, { maiorũ, minorũ, } mundatorũ,
Sem: Papaueris albi,
Maluæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Myrtillorum,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Pinearum mundatarum,
Piſtaciarum,
Sacchari Candi,
Penidiorum,
Glycyrrhizæ mundatæ,
Hordei mundati,
Mucilaginis Pſyllij,
Amygdalarũ dulcium, ana vnciam vnam.
Boli Armeni,
Sanguinis Draconis,
Spodii,
Roſarum,
Myrrhæ, ana vncias duas.
Conficiantur cum Hydromelite. fiant Trochiſci ſ. a.

### TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Mari,
Aſari,
Amaraci,
Aſpalathi, ſiue Santali Citrini, ana drachmas duas.
Schœnanthûs,
Calami odorati,
Phu Pontici,
Xylobalſami, aut Ligni Aloes,
Opobalſami, aut olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem,
Cinnamomi,
Coſti, ana drachmas tres.
Myrrhæ,
Folij Malabathri vel Macis,
Nardi Indicæ,
Croci,

Caſiæ

Caſiæ ligneæ, ana drachmas ſex.
Amomi, aut Cardamomi minoris, vnciam vnam ſemis.
Maſtiches drachmam vnam.
Vini Hiſpanici optimi q. ſ.

Primùm Crocus pulueriſatus in pila ſtudiosè, teratur cum Vino, deinde Myrrha & Maſtiche probè trita adijciantur, dein Opobalſamum, poſtremò reliqua pulueris formâ inſpergantur, ſimulq; permiſceantur, vino ſubinde affuſo, & tenues Paſtilli formentur ſ. a. & in vmbra ſiccentur.

## TROCHISCI HYSTERICI *RENODÆI.*

℞ Aſæ fœtidæ,
Galbani, ana drachmas duas ſemis.
Myrrhæ drachmas duas.
Caſtorei drachmã vnam ſemis.
Aſari.
Ariſtolochiæ.
Sabinæ.
Matricariæ.
Nepetæ, ana drachmam vnam.
Dictamni drachmã dimidiam.

Cum ſucco aut decocto Rutæ fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI DE LACCA, *MES.*

℞ Laccæ mundatæ.
Succorũ Glycyrrhizæ.
Eupatorii, (i) Agerati.
Abſinthii.
Berberorum.
Rhabarbari.
Ariſtolochiæ longæ.
Coſti.
Aſari.
Amygdalarum amararum.
Rubiæ tinctorum.
Aniſi.
Apij.
Schœnanthûs, ana drachmam vnam.

Cum decocto Ariſtolochiæ & Schœnanthûs, vel ſucco Eupatorii aut Abſinthii, fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI DE TERRA LEMNIA, *MES.* *ſec. FERNEL:*

℞ Sanguinis Draconis.
Gummi Arabici aſſati.
Trochiſcorum Ramich,
Roſarum rubrarum.
Sem: Roſarum.
Amyli aſſati.

Spodii.

Spodij,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Lap: Hæmatitæ,
Balauſtiorum,
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ,
Corallii rubri,
Succini, ana drachmas duas.
Margaritarum,
Tragacanthæ,
Sem: Papaueris nigri, ana drachmam vnam ſemis.
Sem: Portulacæ parum toſt:
Cornu Cerui vſti,
Thuris,
Nucum Cupreſſi,
Croci, ana drachmas duas.
Cum ſucco aut aqua Plantaginis fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI è MYRRHA RHASIS.

℞ Myrrhæ drachmas tres.
Farinæ Lupinorum drachmas quinque.
Foliorum Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegij,
Sem: Cymini,
Radic: Rubiæ,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drachmas duas.

Diſſoluantur gummi in aceto Scillitico, & cum ſucco Artemiſiæ fiant Trochiſci.

## TROCHISCI POLYIDÆ SPHRAGIS, ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Florum Mali Punici, id eſt, Balauſtiorũ drachmas duodecim.
Aluminis Sciſſilis drachmas tres.
Thuris,
Myrrhæ, ana vnciam dimidiã.
Chalcanthi drachmas duas.
Fellis Taurini drachmas ſex.
Aloes vnciam vnam.
Vini auſteri q. ſ. fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## PASTILLI ANDRONIS, *GALEN.*

℞ Cytinorum Balauſtior: drach: decem.
Chalcanthi drach: duodecim, (alibi, & alij, duas)
Gallæ omphacit, immatur:
Ariſtolochiæ,
Thuris, ana vnciam,
Aluminis Sciſſilis,
Myrrhæ, ana ſemvnciam.
Miſy, drachmas duas.
Cum Vini dulcis heminis duabus fiant Trochiſci, ſ. a.

TRO-

## TROCHISI MVSÆ.
*GALEN.*

℞ Aluminis ſciſſi,
Aloes,
Chalcanthi,
Myrrhæ, ana drachmas ſex.
Crocomagmatis, è crocino vng:
Croci, ana drachmas tres.
Cytinorum ſemunciam.
Vini odorati.
Mellis, ana q. ſ. vt formentur Paſtilli, ſ.a.

## CROCOMAGMA DAMOCRATIS. *GALEN.*

℞ Croci drachmas centum,
Roſarum rubrarum,
Myrrhæ, ana drachmas quinquaginta,
Amyli,
Gummi, ana drachmas triginta.
Vini q. ſ. fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI DE LIGNO ALOES. *MES.*

℞ Xyloaloes,
Roſarum rubr: ana drachmas duas.
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi maioris,
minoris,
Cubebarum,
Galliæ,
Paſtinacæ,
Cortic: Citri,
Macis, ana ſeſquidrachmam.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ſemiſcriptulum,
Cum Melle Paſſularum fiant Trochiſci.

## TROCHISCI RAMICH
*MES.*

℞ Succi Acetoſæ vncias ſedecim.
Foliorum Roſarum rubrarum vnciam vnam.
Baccarum Myrti vncias duas.
ſemel ferueſiant & colentur, adde colatis
Gallarum recentium accuratè tritarum vncias tres.
Coque iterum aliquantiſper, deinde inſpergatur ſequentium ſpecierum minutiſſimus & optimè commixtus Puluis,

℞ Roſarum rubrarum vnciam vnam.
Santali Citrini drachmas decem.
Gummi Arabici vnciam vnam ſemis.
Sumach,

Spodij,

Spodij, ana vnciam vnam.
Granorum Myrti vncias quatuor.
Ligni Aloes,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ, ana vnciam dimidiam,
Omphacii ſeu Agreſtæ drachmas ſeptem.

Miſce omnia ſimul, & extende in ſcutella lapidea, dum exiccentur, exiccata rurſus in tenuiſſimum puluerem terantur, & formentur Trochiſci parui cum Camphoræ drachma vna, & q. ſ. aquæ Roſarum: & Trochiſcos hos aromatizant Moſchi grana quindecim.

## TROCHISCI DE ROSIS *MES.*

℞ Roſarum rubrarum vnciam dimidiam.
Ligni Aloes drachmas duas.
Maſtiches drachmā vnam ſemis.
Abſinthii Rom:
Cinnamomi,
Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Schœnanthûs, ana drachmam vnam.

Vini veteris, & decocti quinque radicum aperitiuarum q. ſ. fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI DE SCILLA *GALENI.*

*Simile pòſt pag.* 209.

Scillam initio Iulii collectam mediæ magnitudinis, plenam, candidā, cortice primo detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent abiectâ, farinâ tritici ſubactâ involues, & eouſque in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit, & ea perforata, ſtilo ligneo (vel potiùs feſtucâ) tentabis an Scilla vndique tenera ſit. Eâ exemptâ, ipſam in mortario diligenter teres, cui admiſcebis farinæ Erui albi, vel eius loco Ciceris rubri tenuiſſimè cribrati vncias octo ad ſingulas Scillæ libras, & formabis in Trochiſcos ponderis drachmarum duarum (manibus roſaceo invnctis) & ſiccabis in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante, in vmbra, ſæpiùs obvertendo, donec probè ſiccati ſint, deinde repone in vaſe ſtanneo puro, vel vitreo vitatis plumbeis.

## TROCHISCI DE SPODIO *MES.*

℞ Roſarum rubrarum drachmas duodecim.
Spodij drachmas decem.
Sem: Acetoſæ drachmas ſex.
Portulacæ.

Q Corian-

Coriandri in aceto macera-
torum & torrefactorum.
Pulpæ Sumach, ana drachmas
duas ſemis.
Amyli toſti,
Balauſtiorum.
Berber: ana drachmas duas.
Gummi Arabici aſſati drachmã
vnam ſemis.
Agreſtæ q. ſ. fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE SANTALIS MAI: *MES.*

℞ Santalorum trium ana vnciam.
Sem: Cucumeris.
Cucurbitæ,
Citruli,
Portulacæ,
Spodij, ana ſemunciam.
Roſarum drachmas ſeptem.
Succi Berber: drachmas ſex.
Boli Armeni drach: quatuor.
Camphoræ drach: vnam.
Cum aqua Portulacæ fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE VIPERA ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Carnis Viperinæ detractâ cute, exemptis interaneis & adipe, abiectis capitibus & caudis, cum Anetho, ſale pauco & aquâ coctæ, vncias octo.
Panis triticei puriſſimi, aut potiùs biſcocti triti & cribrati vncias duas.

Formentur Trochiſci, cum iure in quo decoctæ fuerint carnes Viperinæ, ſi opus ſit liquore, & invngantur Opobalſamo vel Oleo Nucis Moſchatæ per expreſſionẽ. Siccentur loco vmbroſo libero, ventoque perflabili per dies quindecim, aut eo ampliùs, ſæpe autem ſunt convertendi, donec probè exiccati fuerint, deinde in pyxidem vitream, aut figlinam vitreatam, benè obturatam reponendi. Annum integrum perſeuerant, quanquam longè meliùs fuerit haud multo poſtquam ipſos confeceris Theriacam adornare. Qui porrò diutiùs conſeruare velit, ſubinde eos à puluiſculo abſtergat, qui illis obnaſci conſueuit, qui ſi diutiùs inhęreat Paſtillos perforabit; hoc modo conſeruari poſſunt integri ad tertium annum.

## TROCHISCI VITICIS SIVE AGNI CASTI *RENODÆI.*

℞ Sem: Viticis, ſeu Agni caſti,
Lactucæ,
Roſarum,
Balauſtiorum, ana drachmam
vnam.
Scobis Eboris,

Electri,

Electri, ana drachmam vnam ſemis.
Boli Armeni in Aqua Centinodij loti drachmas duas.
Sem: Plantaginis ſcrup: quatuor.
Saſſafras ſcrupulos duos.
Cum Mucilagine ſem: Cydoniorum in Aqua Nenupharis extracta fiant Trochiſci ſ. a.

# TROCHISCI ALTERANTES CVM OPIO.

## TROCHISCI ALBI, *RHASIS.*

℞ Ceruſſæ aquâ Roſarum lotæ drachmas decem.
Sarcocollæ craſſioris drachmas tres.
Amyli drachmas duas.
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmam vnam.
Caphuræ,
Opii, ana drachmã dimidiam.
Lacte excipiantur ſingula, & fiant Trochiſci ſ. a.

Parari etiam poſſunt hi Trochiſci ſine Opio.

## TROCHISCI ALKEKENGI *MES.*

℞ Baccarũ Alkekengi drach: tres.
Sem: Melonum,
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ, ana drachmas tres ſemis.
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Thuris maſculi,
Sanguinis Draconis,
Pinearum,
Amygdalarum amararum,
Sem: Papaueris albi,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armeni, ana drachmas ſex.
Sem: Apii,
Hyoſcyami,
Carabes,
Terræ ſigillatæ,
Opii, ana drachmas duas.
Cum ſucco recentium Baccarum Halicacabi, aut decocto earundẽ fiant Trochiſci ſ. a.

Parantur etiam ſine Opio.

## TROCHISCI DE CARABE, *MES.*

℞ Carabes drachmas ſex.

Cornu Cerui vſti,
Gum: Arabici aſſati,
Corallii rubri vſti,
Tragacanthi,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ lotæ,
Sem: Papaueris nigri aſſat: ana drachmas duas.
Thuris,
Croci,
Opii, ana drachmam vnam ſemis.
Mucilaginis Sem: Pſyllii q.ſ. formentur Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI DIACORALLIV. *GALENI.*

℞ Boli orientalis,
Corallij rubri, ana vnciam vnam.
Balauſtiorum,
Amyli,
Terræ Lemniæ, ana vnciam dimidiam.
Hypociſtidos.
Sem: Hyoſcyami,
Opii, ana drachmas duas.
Succi Plantaginis quantitatem ſufficientem: formentur Trochiſci, ſecundùm artem.

## TROCHISCI DIASPERMATΩN, *GALENI.*

℞ Sem: Apij,
Ammeos, ana vnciá vná.
Aniſi,
Fœniculi, ana vnciam dimidiam.
Opii,
Caſiæ nigræ, ana drachmas duas.
Cum aqua pluuiali fac Paſtillos ſecundùm artem.

## HÆMOPTOICI PASTILLI *GALEN.*

℞ Amyli,
Balauſtiorũ,
Terræ Samiæ,
Succi Hypociſtidos,
Gummi,
Croci,
Opii, ana drachmas duas.
Excipe ſucco Plantaginis, fiant Trochiſci ſ. a.

## SIEF DE PLVMBO, *MES.*

℞ Plumbi vſti & loti,
Æris vſti,
Antimonij,
Tutiæ lotæ,
Gum: Arabici,

Traga-

Tragacanthi, ana vnciam vnâ.
Opij drachmam dimidiam.
Aquæ pluuiæ quantitatem ſufficientem. fiat Collyrium.

### TROCHISCI è SVCCINO, *GALEN.*

℞ Iridis Illyricæ,
Ramentorum Succini,
Maſtiches,
Croci, ana drachmas duas.
Opij drachmas quinque.

Excipiantur omnia Mucilagine ex Sem: Pſyllij. fiant Paſtilli.

### SIEF DE THVRE RHASIS.

℞ Cadmiæ,
Pompholigos,
Thuris, ana drachmas decem.
Ceruſſę drachmas quadraginta.
Gum: Arabici,
Opij, ana drachmas ſex.
Aquæ pluvialis q. ſ. fiat Collyrium, ſiccandum & ſeruandum.

## TROCHISCI PVRGANTES.

### AGARICVS TROCHISCATVS, *MES.*

℞ Agarici electi vncias quatuor.
Infuſionis Zingiberis in vino generoſo factæ quantitatem ſufficientem. fiant Trochiſci.

### TROCHISCI DE AGARICO.

℞ Agarici electi vncias tres.
Salis gem: drachmas ſex.
Zingiberis drachmas duas.

Cum Oxymelite ſimplici q.ſ. fiant Trochiſci ſecundùm artem.

### TROCHISCI ALHANDAL. *MES.*

℞ Pulpæ Colocynthidos albæ, leuis, à ſeminibus repurgatæ vncias decem.
Forcipibus incide & frica aliquoties cum olei roſati vnciâ vnâ, & Trochiſcos finge, cum Mucilaginis, Gum:
Arabici,
Tragacanthi,

Bdellij,

Bdellij, ana drachmis ſex.
Macerentur per quatriduum in aqua Roſarum. Siccati in vmbra denuò terantur, & cum eâdem Mucilagine refingantur ſecundùm artem.

## TROCHISCI DE RHABARBARO, *MES.*

℞ Rhabarbari electi drachmas decem.
Succi Eupatorij, i. Agerati condenſati.
Amygdalarum amararum, ana vnciam dimidiam.
Roſarum drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Abſinthij,
Sem: Aniſi,
Apij,
Rad: Rubiæ tinctorum,
Aſari, ana drachmã vnã
Cum aqua Cuſcutæ vel eius loco ſucci Eupatorij depurati fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI è VIOLIS SOLVTIVI, *MES.*

℞ Violarum modicè ſiccatarum drachmas ſex.
Turpeti optimi ſemunciam.
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonij,
Mannæ, ana drachmas duas.
Cum liquore idoneo formentur Trochiſci,

# OLEA

# OLEA SIMPLICIA PER EXPRESSIONEM.

## OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM. *MES.*

℞ Amygdalarum dulcium ſiccarum, ſed non rancidarum confricatarum q. v. terantur optimè, & prælo exprimatur oleũ ſine vi caloris.

## OLEVM AMYGDALARVM AMARARVM, *MES.*

Eodem modo fit, vt Amygdalarum dulcium.

## OLEVM AVELLANARVM *MES.*

℞ Auellanarum mundatarum quantitatem ſufficientem, terantur optimè, & relinquantur per horas quinque vel ſex in Balneo tepido, deinde torculari exprimatur oleum.

Et

Et eodem modo fiunt,

OLEVM BALANINVM vel DE BEEN, EX BALANO MYREPSICA, *MES.*

Oleum
- Macis,
- Nucis Indicæ,
- Nucis Moſchatæ.
- Nucum Iuglandium Caryinon.
- ex Nucleis
  - Ceraſorum.
  - Mali Armenij, Chryſomelinum.
  - Mali Perſici.
  - Pinearum.
  - Prunorum.
  - Piſtaciarum.
  - Strobylorum.
- ex Seminibus
  - Aurantiorum.
  - Cannabis.
  - Carthami & dicitur Cnicinum.
  - Citri.
  - Cucumeris.
  - Cucurbitæ.
  - Citruli.
  - Ebuli granis & ſemin:
  - Hyoſcyami,
  - Lactucæ,
  - Lini,
  - Melonum.
  - Papaueris.
  - Petroſelini,
  - Raphani,
  - Rapi,
  - Ricini, & dicitur Oleum de Cherua, Cicinum, Ricininum.
  - Seſami, dicitur Seſaminum.
  - Sinapi,
  - Ex Vuarum acinis.

OLEVM

## OLEVM LAVRINVM, *MES.*

℞ Baccarum Lauri maturarum & recentiũ q. ſ. contundantur, & cum aquę quantitate ſufficienti coquantur, donec pingue ſupernatauerit, deinde exprimatur torculari, & oleum ſupernatans aquæ ſeparetur ſ. a.

## OLEVM OLIVARVM COMMVNE.

Exprimitur ex Oliuis maturis.

## OLEVM OLIVARVM OMPHACINVM.

Ex Oliuis immaturis fit per expreſſionem.

## OLEVM EX VITELLIS OVORVM, *MES.*

℞ Vitellorum ouorum ad duritiem in aqua coctorum, & poſteà in vaſe vitreato ad lentum ignem probè calefactorum quantum vis. Cauendo ne inter calefaciendum adurantur, è quibus deinde prælo exprimatur oleum.

Obſeruandum, quòd ſi irrorentur aromatico & calido Vino dum caleſiunt & ſubiguntur, commodius elicietur oleum.

# OLEA SIMPLICIA PER INFVSIONEM VEL DECOCTIONEM.

## OLEVM ROSACEVM OMPHACINVM.

℞ Olei Omphacini libram vnam.
In qua infunde,
Roſarum rubr: immaturarum contuſarum vncias quatuor.

Pone in vaſe vitreo, vel vitreato, & diligenter obtura, & expone Soli per dies ſeptem, & quotidie agita, ita vt vndiquaque incaleſcat: deinde leuiter decoque in duplici vaſe: poſteà exprime & illas Roſas abijce, & ſecundò alias Roſas infunde, & vt prius expone Soli per dies ſeptem, rurſum decoque: iteretur infuſio Roſarum tertiâ vice, & decoquatur leuiter ſecundùm artem, & reponatur oleũ & vſui ſeruetur.

### OLEVM ROSATVM COMPLETVM, *MES.*

Fit eodem modo, ex oleo dulci & maturo ſæpe loto, & Roſis rubris expanſis, contuſis, & Soli expoſitis, & leuiter decoctis in duplici vaſe, ita tamen vt tertia infuſio ſit per quadraginta dies; quibus peractis (ſi placet) reponatur Oleum cum Roſis ſine expreſſione.

Eodem modo fiunt,

Oleum Abſinthites, ex comarum Abſinthii vnciis quatuor & Olei libris tribus; ter repetendo comarum infuſionem, & vltimâ infuſione addendo Succi Abſinthii vncias quatuor, & coquendo leuiter ad Succi conſumptionem.

Oleum Anethinum, ex Olei completi libra vna, florum & frondium Anethi vnciis quatuor, cum triplici infuſione.

Oleum de Caſtoreo, ex Caſtorei vncia vna, Olei libra vna, Vini q. ſ. coctis ad Vini conſumptionem.

Oleum Chamæmelinum, ex oleo completo & floribus q. ſ. per 40 dies inſolentur.

Eodem modo et Oleum è Meliloti Summitatibus.

Oleum Cheirinum, ex floribus Leucoii Lutei i. Keiri, et oleo veteri claro, vt oleum Anethinum.

Oleum Cydoniorum, ex carnis immaturę cum cortice, et Succi Cydoniorum, ana vnciis ſex.
Olei Omphacini libris tribus.
Inſolentur in vaſe vitreo per dies quindecim: tum coque vaſe duplici per horas quatuor: pòſt fiat permutatio carnis et ſucci eorum ter: demùm cola, et reconde.

Oleum Enulatum, ex Enulæ radicum contuſarum, et Succi eiuſdem, et Olei Amygdalarũ, ana libra dimidia, Vini dulcis vncijs tribus, coctis ad Vini conſumptionem.

Oleum Euphorbii, ex Euphorbii vncia dimidia, Olei Cheirini, Vini odoriferi, ana vnciis quinque, coctis in duplici uaſe ad vini conſumptionem.

Oleum Formicarum *Nic*: ex Formicis alatis, et oleo, maceratis, inſolatis per dies 40. excolatis, repoſitis.

OLEVM

## OEVM HYPERICI.

℞ Summitatum Hyperici vncias quatuor : Macerentur in Olei Oliuarum veteris libra vna, & Vini odoriferi vncijs ſex, per triduum ad Solem vel in Balnei calore, & exprimantur : Eodem modo renovetur infuſio ſummitatum Hyperici ſecundâ & tertiâ vice : Vltima infuſio coquatur ad vini ferè conſumptionem, & exprimatur ; Expreſſioni adde Terebinthinæ vncias tres, Croci ſcrupulũ vnum. Parum iterum coquatur & reponatur.

Oleum Iaſminum Sambacinum. Ex floribus & oleo veteri claro, vt Roſaceum. 133.

## OLEVM IRINVM.

℞ Radicum Iridis libram vnam.
Florum eiuſdem (ſi haberi poterunt) libram dimidiam.
Aquæ cui incoctæ ſunt aliæ Iridis radices q. ſ.
Olei dulcis libras ſex.

In vaſe duplici coque, radices & flores recentes immitte, prioribus expreſſis & abiectis, vt in oleo Roſato.

## OLEVM LATERICIVM, PHILOSOPHORVM quod dicitur, DIVINVM, SANCTVM, MAGISTERII, *MES.*

℞ Lateres è terra rubente antiquatos, in fruſta comminutos ad pomi magnitudinem ; quæ fruſtula in prunis ignita tota excandeſcant ; exempta extinguantur oleo Roriſmarini, vel claro veteri, dum ſe impleuerint : exempta iterum terantur tenuiſſimè. Puluis in vitream inijciatur Retortam ſeu Cucurbitam, fornaci ritè adaptatam, luto concluſam chymico, per ſublimationem diſtillandus. Oleum eliciatur prunis, excipiatur phialâ ſubiectis : & quo antiquius, eo valentius obſeratum recondatur.

Oleum Liguſtrinum, Cyprinum, ſeu de Alcanna, Meſuæ, Ex florum Liguſtri vncijs quatuor, Olei veteris vncijs decem.

Oleum Liliorum alborum, Ex floribus, & oleo veteri claro, vt Roſaceum, ſed abijciantur vngues crocei.

Et ſimplex è flor: Liliorum Conuallium adſimile.

## OLEVM LVMBRICORVM.

℞ Lumbricorum terreſtrium libram dimidiam.
probè lauentur in vino, deinde adde
Olei Oliuarum libras duas.
Vini vncias octo.
Coque in duplici vaſe ad Vini conſumptionem.

Oleum Sampſuchinum vel Maioranæ ſimplex, Ex herbæ vncijs quatuor, infuſis in Vini vncijs ſex, & Olei libra vna, cum inſolatione & duabus aliis infuſionibus repetitis, & tandem euaporatione Vini in Balneo.

## OLEVM MASTICHINVM.

℞ Olei Roſati Omphacini libram vnam.
Maſtiches vncias tres.
Vini odoriferi vncias quatuor.
omnia in vaſe vitreato impoſita, coquantur in duplici vaſe ad Vini conſumptionem.

Oleum Menthæ. Ex herbis & oleo Omphacino, vt Roſaceum.

Oleum Myrtillorum, ex Baccarum Myrtillorum confractarũ & vino adſtingente aſperſarum libra vna (vt Myrtinum è folijs)
Olei Omphacini libris tribus.
Macerentur & inſolentur per octiduum; dein coquantur & repetatur tertiò Baccarum noua infuſio, & inſolatio, & coctio in vaſe duplici: tum exprimatur Oleum & reſeruetur vſui.

## OLEVM MYRRHÆ.

Aliquot oua recentia coquantur donec induruerint; per mediam longitudinem incidantur, vitelli eximantur, cauitates Myrrhâ tritâ ad medietatem impleantur; & denuò coniungantur albumina, filoque parum conſtringantur, & craticulæ inter duas paropſides collocandæ ſuperponantur. Tum in cella vinaria, vel alio loco ſubterraneo & humido ponantur. Sic enim Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem deſtillabit.

Oleum Narciſſinum, Ex floribus & oleo, vt Roſaceum.

Oleum Nardinum ſimplex, Ex Spicæ Nardi vncijs tribus.
Olei dulcis libra vna ſemis.
Vini, & aquæ, ana vnciis duabus

bus cum ſemiſſe, coctis in duplici vaſe ad humoris cõſumptionem.

Oleum Nenupharinum, Ex
Olei Omphacini libra vna.
Florum Nymphææ alb: recent: vncijs quatuor, ter repetitis, vt in oleo Roſato.

Oleum Papaueris, ex floribus, capitibus, & folijs Papaueris ſatiui, & oleo Omphacino, vt Anethinum.

Petroleum, ſeu naturale, ſeu factitium, ad vſus medicos ex re paretur.

Oleum Rutaceum ſimplex, ex herbis contuſis & oleo maturo, vt Roſatum.

Oleum Sabinæ eodem modo fit vt Roſaceum.

Oleum Sambucinũ, ex floribus & oleo, vt Roſatum.

Oleum Scorpionum ſimplex, ex Scorpionibus numero triginta.
Olei Amygdalarum amararum libris duabus.
Macerentur per dies quadraginta loco calido, in vaſe vitreo inſolentur, colentur, reponantur. Eſt & Meſuę compoſitum, & Matthiolo in ſextum Dioſcoridis operoſius.

Oleum Sicyonium, ex radicum Cucumeris agreſtis, & ſucci eiuſdem, ana vncijs ſex.
Olei Oliuarum maturarũ libra vna, coctis in duplici vaſe ad ſucci conſumptionem.

Oleum Solani, ex baccarũ Solani maturarum vncijs quatuor, coctarum in olei libra vna.

Oleum de Styrace, ex olei Oliuarũ libra vna.
Styracis vncijs tribus.
Vini q. ſ. coque poſt ſufficientem macerationem ad vini conſumptionem.

Oleum Verbenaceum, ex herba & oleo, vt oleum Menthæ.

Oleum Violaceum, ex oleo Oliuauarum Omphacino, & floribus Violarum, vt Roſatum.

# OLEA COMPOSITA.

## OLEVM APARICIJ BENEDICTVM. Hier. Fabr. Acq. pentateuch. l. 2. c. 7.

℞ Olei vetuſtiſſimi vncias tres.
Terebinthinę puræ vncias octo.
Tritici puri ſeſquivnciam.
Flor: Hyperici vncias duas.
Rad: Cardui benedicti.
Valerianæ, ana vnciam.
Thuris pulucrizati vncias duas.

Radices & herbæ craſſo modo contundantur, in olla ponantur, tantum Vini albi ſuperfundatur, vt Vino mergantur omnia: factâ per biduum infuſione, Oleum & Triticum adijciuntur, & coquuntur omnia ad vini conſumptionem. Factâ forti expreſſione additur Terebinthina & Thus; ſinuntur parum bullire iterum; ſeruantur vaſe vitreo. Sed auctiore doſi ipſe Aparicius anno 1567. Fragoſo referente, Antidotar. Ol. prim. Sic & Lemoſio, qui addit Saluiam, in 6 Meth: f.

## OLEVM BALSAMI, *PETRI APONENSIS.*

℞ Myrrhæ,
Aloes,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opopanacis,
Carpobalſami,
Bdellij,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Maſtiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ,
Croci, ana drachmas duas.
Labdani,
Caſtorei, ana drachmas duas ſemis.
Moſchi ſemidrachmam.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Tritis conterendis miſceantur, & Alembico diſtillentur.

## OLEVM DE CAPPARIBVS.

℞ Corticum Radicum Capparũ vnciam vnam.
Cortic. Tamariſci,
Folior. Tamariſci,
Sem: Agni Caſti,
Cetrach ſiue Aſpleni,
Rad: Cyperi, an: drachmas duas.
Rutæ drachmam vnam.
Olei Oliuarum maturi libram vnam.
Aceti albi fortis,

Vini

Vini albi, ana vncias duas.
Trita & macerata aliquandiu, leuiter coquantur in duplici vaſe vſque ad conſumptionem Vini & Aceti: exprimantur, colentur, reponantur.

## OLEVM DE CASTOREO *IACOBI* de *MANLIIS.*

℞ Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbij,
Caſiæ ligneæ veræ,
Croci,
Opopanacis,
Carpobalſami, ſiue Cubebarũ.
Spicæ Nardi,
Coſti, ana drachmas duas.
Cyperi,
Schœnanthûs,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachmas duas ſemis.
Olei libras tres.
Vini Hiſpanici libras duas.

Galbanum, & Opopanax in Vino ſeorſim diſſoluantur, deinde reliqua omnia contuſa, cum oleo & vino coquantur in duplici vaſe, poſteà colentur, ac diſſolutum expreſſumq; Galbanum cum Opopanace, oleo affundantur, & iterum coquantur, ſæpiùs miſcendo, vt Galbanum & Opopanax in vaſis fundo ſubſidentia oleo commiſceantur. Styrax autem per ſe diſſoluatur in vino. adde poſteà Terebinthinæ drachmam vnam ſemis, quò meliùs Styrax oleo commiſceri poſſit.

## OLEVM COSTINVM, *MES.*

℞ Coſti amari vncias duas.
Caſiæ ligneæ veræ vnciam vnam.
Summitatum Sampſuchi vncias octo.

Trita macerentur biduo in Vini q. ſ. deinde cum olei oliuarum Vino loti libris tribus coquantur in duplici vaſe ad conſumptionem Vini ſ. a.

## OLEVM CROCINVM, *MES.*

℞ Croci vnciam vnam.
Myrrhæ puræ vnciam dimidiam.
Cardamomi drachmas nouem.
Calami aromatici vnciam vnã.

Infundantur omnia in aceto, (pręter Cardamomũ) diebus quinque, ſexto proijciatur ſuper ea Cardamomum, & ſtent ſimul per diem vnum: mane ſequenti adde libram vnam ſemis olei, & coquantur lento

lento igne ad aceti conſumptionē ſecundùm artem. Sunt qui ponunt Vinum loco Aceti.

### OLEVM DE EVPHORBIO, COMPOS. *NIC.*

℞ Staphidis agriæ,
Struthii, vel Saponariæ, ana vnciam dimidiam.
Pyrethri drachmas ſex.
Calaminthes montanæ ſiccæ vnciam vnam ſemis.
Coſti drachmas decem.
Caſtorei drachmas quinque.

Trita, triduoque macerata in Vini odori libris tribus ſemis coquantur cum olei Leucoij lutei libra vna ſemis, ad Vini ferè conſumptionem, tunc inſperge
Euphorbii recentis & albi tenuiſſimè triti vnciam dimidiam.
& miſcendo coque ad perfectionem.

### OLEVM EXCESTRENSE vulgò EXCETER dictum.

℞ Folior: Abſinthii,
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Maioranæ,
Meliſſæ,
Nepetæ,
Pulegii,
Sabinæ,
Saluiæ,
Thymi,
Flor: Chamæmeli,
Geniſtæ,
Liliorum alborum,
Sambuci,
Sem: Cymini,
Fœnugræci.
Radicum Hellebori albi,
nigri,
Corticum Fraxini,
Limonum, ana vncias quatuor.
Foliorum Abrotoni,
Betonicæ,
Iuæ arthriticæ, i. Chamæpityos,
Lauendulæ, ana vncias ſex.
Roriſmarini libram vnam.
Euphorbii,
Sinapeos,
Caſtorij,
Pyrethri, ana vnciam vnam.
Olei libras ſedecim.
Vini libras tres.

Contuſis herbis, floribus & ſeminibus, & Euphorbio, & inciſis radicibus, corticibus & Caſtorio affuſis Vino & Oleo, ſtent per duodecim horas ad Balnei calorē, poſteà coquantur igne lento ad Vini et humoris conſumptionem; Coletur et ſeruetur vſui Oleum.

OLEVM

### OLEVM HIRVNDINVM.

℞ Hirundinum integrarũ numero ſedecim.
Chamæmeli,
Rutæ,
Plantaginis maioris,
minoris,
Folior: Lauri,
Pulegij,
Anethi,
Hyſſopi,
Roriſmarini,
Saluiæ,
Hyperici,
Ballamitæ, ana manipulum vnum.
Olei communis libras quatuor.
Vini Hiſpanici libram vnam.
Confice ſ. a. Si vero tantum Butyri Majalis accipiatur quantum olei, & prædicta cum eo coquantur, Vnguenti & nomen, & conſiſtentiam acquiret.

### OLEVM HYPERICI COMP: ſeu BALSAMVM MAGISTRALE FLORENT:

℞ Vini albi potentis libras tres.
Summit: Hyperici maturarum manipulos quatuor.
Tere, Macera in vaſe vitreo, obturato eius orificio per duos dies, coque in duplici vaſe, & fortiter exprime; in Colaturam inijce alios flores, vt dictum eſt, & tertiò idem facito, dein colato, & ad ſingulas colaturæ libras, adde
Olei veteris libras quatuor.
Terebinthinæ vncias ſex.
Olei Abſinthij vncias tres.
Dictamni,
Gentianæ,
Cardui benedicti,
Tormentillæ,
Carlinæ, ſeu Cardui Mariæ,
Calami Aromatici, ana drachmas duas.
Lumbricorum pluries in Vino lotorum vncias duas.
Terantur craſſiuſculè terenda, & inſolentur triginta aut quadraginta diebus, & benè obturatum reponas. Operoſius quod eſt Vigonis, volentibus ab ipſo conquiratur, l. 3. c. 15.

### OLEVM IRINVM COMPOSIT: *NICOL: ALEX.*

℞ Olei veteris libras quindecim.
Aquæ libras quatuor & dimidiam.
Radic: Iridis libras tres & vncias quatuor.
Flor: Liliorum alborum vncias quindecim.
Radic: Cyperi recentium vncias ſex.
Helenij vncias tres.
Anchuſæ vncias duas.

Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Aſæ odoratæ, ſeu Benzoini, ana vnciam vnam.

Contundantur radices & aliæ ſpecies, & macerentur in oleo & aqua diebus quinque ad Solem vel loco calido, poſteà in duplici vaſe coquito, donec aqua conſumpta fuerit, refrigeſcere ſinito, colato, exprimito, & reponito.

## OLEVM MAIORANÆ SEV SAMPSVCHI COMPOS: *ACTVARII.*

℞ Foliorum Sampſuchi manipul. quatuor.
Serpylli manipul. duos.
Fol: Myrti vel Baccarum manipulum vnum.
Abrotoni,
Siſymbrij ſeu Menthę aquaticę, ana manipul. dimidium.
Caſiæ ligneæ veræ vncias duas.
Olei Omphacini libras tres.

Concidantur & contundantur omnia, ac imponantur in vitrum, ac Oleum affundatur: tum obſtructo vaſis orificio, macerentur ad Solem, vel in æſtuario diebus octo. Tandem exprimantur, & Oleo expreſſo infundantur recentes ſpecies, quod tertiò eſt repetendum.

## OLEVM MANDRAGORÆ *NICOLAI.*

℞ Olei communis libras duas.
Succi Pomorum Mandragoræ, vel (eius defectu) foliorum vncias quatuor.
Succi Hyoſciami albi vncias duas.
Succi capitum Papaueris nigri vncias tres.
Succi Violarum,
Cicutæ, ana vnciā vnam.
Opij,
Styracis Calamitæ, ana vnciam dimidiam.

Succi cum Oleo decem diebus ad ſolem macerentur, deinde coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum conſumptionem; Cola; Opium diſſoluatur in ſuccis, & Styrax diſſoluatur cum modico Terebinthinæ, probè miſce ſ. a.

## OLEVM MOSCHELINVM.

℞ Nuces Moſchatas numero duas.
Moſchi drachmam vnam.
Folij, ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Styracis Calamitæ,
Caſiæ Ligneæ,

Myrrhæ,

Myrrhæ,
Croci,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Bdellij, ana drachmas duas.
Olei puri libras tres.
Vini generoſi vncias tres.

Terenda ex arte trita, atque confusè miſta, bulliant ad Vini diſſipationem. Percolatum oleum vſui reſeruetur.

## OLEVM NARDINVM, *MES.*

℞ Spicæ Nardi vncias tres.
Sampſuchi vncias duas.
Xyloaloes,
Enulæ,
Folii Indi vel Macis,
Calami aromatici,
Folior: Lauri,
Cyperi,
Schœnanthûs,
Cardamomi, ana vnciam vnam ſemis.

Craſſiuſculè terantur, deinde in Vini & Aquæ ana vncijs quatuordecim, & Oleï Seſamini, vel Oliuarum libris quatuor ſemis macerentur per horas viginti quatuor: deinde coque in vaſe duplici igne lento horis ſex, perſæpè mouendo.

## OLEVM NICODEMI.
Fallop. mat: med: in prim: Dioſcorid. c. 19.

℞ Sem: (ſeu ſummit:) Hyperici,
Terebinthinæ antiq: ana librã vnam.
Lithargyri drachmas ſex.
Aloes hepaticæ,
Tutiæ Alex: ana drach: tres.
Croci vnciam vnam.
Vini albi optimi libras quatuor.
Olei antiqui libras duas.

Bulliant omnia ſimul in duplice vaſe, donec pars quarta conſumatur: demùm ſepeliantur in arena diebus Canicularibus per dies decem: poſteà per pannum candidũ cola, ſepara Vinum ab Oleo, & vtrumque ſeparatim ſerua.

## OLEVM NICOTIANÆ.

℞ Succi Peti, ſeu Nicotianæ,
Olei communis, ana libram vnam.

Macerentur, & coquantur ad ſucci conſumptionem.

## OLEVM DE PIPERIBVS, *MES.*

℞ Piperis longi,
nigri,
albi, ana drachmas tres.
Myrobal: Chebularum,
Belliricarum,
Emblicarum,
Indarum, ana drachmas quinque.
Radic: Apij,
Fœniculi, ana drachmas tres ſemis.
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci,
Hyoſcyami albi, ana drachmas duas ſemis.
Turpeti drachmas duas.
Zingiberis drachmas tres.
Surculorum Thymi recentium,
Rutæ viridis, ana manipulum vnum.

Macerentur ſecundùm artem in ſ. q. Aquæ vitæ & Olei Cheirini libris duabus, deinde coque ad conſumptionem Aquæ vitæ.

## OLEVM POPVLEVM. *NIC:*

℞ Gemmarum Populi recent: libras tres.
Vini libras quatuor.
Olei com: libras ſeptem vncias duas.

Terantur diù Gemmæ Populi; diebus ſeptem in Oleo & Vino macerentur; demùm coquantur vaſe duplici ad Vini conſumptionem: ſi ſecundò & tertiò, eſt efficacius. Tandem exprimatur Oleũ & reponatur.

## OLEVM VULPINVM, *MES.*
ſolâ in aquæ menſura & conficiendi methodo immutatum.

℞ Vulpem (quâ fieri poteſt) pinguem, ætatis mediæ, venatu defatigatam, recenterque occiſam, mox & exenteratam, detractâque pelle, nec non oſſibus diligentèr confractis, in partes plures conſciſſam. Decoque in
Aquæ Marinæ
Fontanæ ana libris ſex

Ad medietatem vſque, nec ſine diligenti deſpumatione in cocturæ principio: tùm demùm admiſce
Olei antiqui dulciſſimi libras quatuor.
Salis communis vncias tres,
Anethi,
Thymi, ana libram vnam.

Procedatque coctio ad totius aquę ferè conſumptionem, mox affundantur

Aquæ impregnatæ,
Anethi,
Thymi, ana manipulo vno pleno incocto, libræ octo
Denuò inuicem coquantur omnia lento igne ad conſumptionem aquæ : Oleumque ab aquoſitate poſt colaturam, infundibulo ſeparatum, vſui reſeruetur.

# VNGVENTA SIMPLICIORA.

## VNGVENTVM ALBVM RHASIS.

℞ Olei Roſacei vncias nouem.
Ceruſſæ bonæ in aqua Roſarũ lotæ vncias tres.
Ceræ albæ vncias duas.
Fiat Vnguentum ſecundùm artem.
Adde Camphoræ drachmas duas, & erit Camphoratum.

## VNGVENTVM ÆGYPTIACVM, *MES.*

℞ Æruginis drachmas quinque.
Mellis drachmas quatuordecim.
Aceti fortis drachmas ſeptem.
Coquantur omnia ſimul, donec fiat Vnguentum ſpiſſum & colore ſubrubeum.

## VNGVENTVM ANODYNVM, EX *CORDO.*

℞ Olei Liliorum alborum vncias ſex.
Anethini,
Chamæmelini, ana vncias duas.
Amygdalarum dulcium vnciã vnam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana vncias duas.
Ceræ albæ vncias tres.
Miſce ſecundùm artem.

## VNGVENTVM SIVE LINIMENTVM *ARCEI.* l. 1. c. 4.

℞ Gummi Elemni,
Terebinthinæ Abietinæ, ana vnciam vnam ſemis.

Seui

Seui Veruecini antiqui,
& liquefacti, vncias duas.
Pinguedinis Porcinæ,
antiquæ, & liquefactæ,
vnciam vnam.
Miſce, fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM AVREVM.
*MES.*

℞ Ceræ Citrinæ libram dimidiam.
Olei libras duas ſemis.
Terebinthinæ vncias duas.
Reſinæ pineæ,
Colophoniæ, ana vnciam vnã ſemis.
Thuris,
Maſtiches, ana vnciam vnam.
Croci drachmam vnam.
Conficę ſecundùm artem.

## VNGVENTVM BASILICON MAIVS, *MES.* ENNEAPHARMACON *GALENI.*

℞ Ceræ albæ,
Reſinæ Pini,
Seui Vaccini,
Picis Græcæ,
Terebinthinæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana vnciam vnam.
Olei libram vnam, aut quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat Vnguentum

## VNGVENTVM BASILICON MINVS, SEV TETRAPHARMACVM.
*MES.*

℞ Ceræ flauæ,
Reſinæ pinguis,
Picis Græcæ, ana libram dimidiam.
Olei libras duas, vncias quatuor.
His duntaxat liquatis & permixtis fiat Vnguentum iuſtæ conſiſtentiæ.
Alij Terebinthinã addunt quod Vng. reddit tenacius.

## VNGVENTVM ex BDELLIO.
*MES.*

℞ Bdellii drachmas ſex.
Euphorbii,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei drachmas tres.
Ceræ drachmas quindecim.
Olei Sambucini, vel Cheirini drachmas decem.
Bdellium & Sagapenum in aq: Rutæ agreſtis diſsoluantur: cætera cum aq: calida vniantur.
Fiat Vnguentum ſ. a.

VNG-

## VNGVENTVM DE CALCE. *FOESII.*

℞ Calcis ſepties ſaltem ablutæ ſelibram.
Olei Roſati libram.
Agitentur probè in mortario plumbeo; ſi vſus, adde Ceræ tres vncias.

## VNGVENTVM DIALTHÆÆ SIMPLEX, *NICOLAI.*

℞ Radic: Althęæ recentium & contuſarum libras duas.
Sem: Lini,
Fœnugræci contuſorum, ana libram vnam.
Macerentur in aquæ libris octo. Deinde leuiter coquantur, & exprimatur Mucilago, cuius
℞ Libras duas, & Olei libras quatuor.
Bulliant ſimul, dum Mucilago ſit abſumpta, ac tum adde
Ceræ libram vnam.
Reſinæ libram dimidiam.
Terebinthinæ vncias duas.
Percoquantur in Vnguenti conſiſtentiam.

## VNGVENTVM DIALTHÆÆ COMPOSITVM, *NICOLAI.*

℞ Radic: Althęæ libras duas.
Sem: Lini,
Fœnugræci, ana librã vnã.
Scillæ pulpæ libram dimidiam.
Olei libras quatuor.
Ceræ libram vnam.
Terebinthinæ,
Gum: Hederæ,
Galbani, ana vncias duas.
Colophoniæ,
Reſinæ, ana libram dimidiam.
Radices benè abluantur & terantur; ſimiliter Fœnugrecum, Sem: Lini & Scilla, & cum benè trita fuerint, poſteà in libris octo aquæ per tres dies macerentur, quarto die ſuper ignem bulliant, & extrahatur Mucilago, cuius
℞ Libras duas: & cum Oleo ſimul bulliant ad ſucci conſumptionem. Poſteà addantur, Cera, Reſina, & Colophonia, quæ cum liquefacta fuerint, adde Terebinthinam, poſteà Galbanum, & Gum: Hederæ in aceto diſſoluta.
Coque parumper, & ab igne remoueatur, tamdiù agitando donec infrigeſcat, & vt benè incorporentur omnia.

## VNGVENTVM ENVLATVM.

℞ Rad: Enulæ, dum emolleſcant in aceto coctarum, tritarum,

tarum, cretarum, librã vnam.

Axungiæ Porcinæ, vet: ſalitæ, libram vnam.

Olei communis vncias quatuor.

Ceræ nouæ vncias duas.

Salis communis vnciam vnam.

Hydrargyri ſaliuâ vel ſuc: limo: extincti,

Terebinthinæ reſiduo coct: Enulæ lotæ, ana vncias duas.

Simul Axungia, Cera, & Oleum liquefiant. His adde pulpam Enulæ, & Salem pulucrizatum : tandem Hydrargyrum cum Terebinthina, & pauca Axungia in mortario agitatione multâ re-extinctũ. Fiat Vnguentum ſ. a.

Parari etiam debet ſine Mercurio.

## VNGVENTVM DIAPOMPHOLYGOS NIHILI, *NICOLAI.*

℞ Olei Roſacei vncias ſedecim.

Succi Solani vncias ſex.

Bulliant ad Succi conſumptionem, adde

Ceræ albæ vncias quinque.

Ceruſſæ lotæ vncias duas.

Plumbi vſti & loti,

Pompholygos præparatæ,

Thuris puri, anã vnciam vnam.

Redigantur in Vnguenti formam ſecundùm artem.

## VNGVENTVM REFRIGERANS, *GALENI.*

℞ Ceræ albæ vncias quatuor.

Olei Roſati Omphacini libram vnam.

Liquentur in duplici vaſe, & tranſfuſa in vas aliud, ſenſim affusâ aquâ frigidiſſimâ, ac ſubinde mutatâ, diù ſubigantur donec albeſcant, poſtremò lauabis in Aqua Roſarum, & addes

Aceti Roſacei & aq: Roſaceæ parùm.

## VNGVENTVM DE MINIO ſeu RVBRVM CAMPHORATVM.

℞ Olei Roſacei libram vnam ſemis.

Minij vncias tres,

Lithargyri vncias duas,

Ceruſſæ ſeſquivnciam,

Tutiæ drachmas tres,

Camphoræ drachmas duas.

Ceræ in æſtate vncias duas, in Hyème vnciam vnam.

Fiat Vnguentum in pila plumbea cum piſtillo plumbeo; Cerâ priùs in Oleo liquatâ ad lentum ignem; poſteà reliquis adiectis tenuiſſimè tritis. Ad vlcera mala, inveterata et quae vix integram curationem admittunt & ad cicatricem perducuntur.

VNG-

## VNGVENTVM NICOTIANÆ ſeu PETI, *IOVBERTI.*

℞ Folior: Nicotianæ libras duas.
Axungiæ Porcinæ recentis diligenter lotæ libram vnam.
Herba trita maceretur per noctẽ in Vino rubro; manè bulliat igne lento cum Axungia ad Vini conſumptionem, Cola & colaturæ adde
Succi Nicotianæ depurati libram dimidiam.
Reſinæ abiegnæ vncias quatuor.
Coquantur ad ſucci conſumptionem, addendo circa finem,
Radic: Ariſtolochiæ rotundæ puluerisatæ vncias duas.
Ceræ nouæ q. ſ. fiat Vng.

## NVTRITVM ſeu CRVDVM, ſeu è LITHARGYRO ſeu TRIPHARMACVM, *MES.*

℞ Lithargyri auri tenuiſſimè læuigati libram dimidiam.
Olei Roſati libram vnam.
Aceti vncias quatuor.
Affunde viciſſim modò Oleum, modò Acetum, & agita in mortario tamdiù donec totum liquorem ebiberit Lithargyrus. Fiatque conſiſtentia Vnguenti albidi.

## VNGVENTVM OPHTHALMIÇVM. *RENODÆI.*

℞ Boli Armeni in aqua Roſarum loti vnciam vnam.
Lapidis Calaminaris in aqua Euphragiæ abluti,
Tutiæ præparatæ, ana drachmas duas.
Margaritarum tenuiſſimè læuigatarum drachmam dimidiam.
Caphuræ ſcrupulum dimidiũ.
Opij grana quinque.
Vnguenti Roſacei vncias quinque.
Fiat Vnguentum ſ. a.

## LINIMENTVM GVIL: PLACENTINI SIMPLEX.

℞ Ceruſæ lotæ vncias octo.
Ceræ albæ vncias ſeptem.
Lithargyri loti,
Succi Solani, ana vncias quinque.
Thuris puluerisati drachmas decem.
Olei Roſacei pluries in aqua ſimplice loti libras duas.
Miſce, fiat Linimentum.

## VNGVENTVM è PLVMBO.
*FOES.*

℞ Plumbi vſti cum Sulphure,
Lythargyri, ana vncias duas.
Ceruſæ,
Antimonii, ana vnciam vnam.
Olei Roſati q. ſ.
Fiat Vnguentum.
Elimatam Plumbi ſcobem in olla Sulphure exurito.

## POMATVM, SEVUM CONFECTVM. Amat: Luſitan: ſine Speciebus.

℞ Adipis Ceruini, vel Hædini ad renes, libras duas.
Pinguedinis Suillæ recentis libram ſemis.
Pomorum Camuſiorũ mund: inciſ: numero octo,
Pinguedines membranis purgatas Vino albo abluito, panno lineo exprimito; in olla vitreata aquâ Roſaceâ ſemiplena infundito, prunis lenibus admoueto, bacillis agitato, feruere permittito, aquoſitas dum ferè conſumatur. Reſiduum in vaſe fictili Roſaceâ inſperſo per rarum linteum percolato. Colatis addito
Olei Amygdalarum dulcium vncias ſex.
Ceræ albæ vncias quatuor.
Ad ignem liquefacta recolato; Roſaceâ abluta reſeruato.

## VNGVENTVM POTABILE EX *FOES.*

℞ Butyri recentis ſine ſale libram vnam ſemis.
Rubiæ tinctorum,
Caſtorei,
Spermatis Ceti,
Radic: Tormentillæ, ana vnciam dimidiam.
Bulliant ſimul in Vini odorati q. ſ. ad Vini conſumptionem, & fiat Vnguentum.

## VNGVENTVM AD PRVRITVM SCABIOSORVM, *RENODÆI.*

℞ Axungiæ Suillæ in ſucco Scabioſæ ſæpiùs lotæ libram dimidiam.
Radicis Oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum traiectæ,
Sulphuris in ſucco Limonum abluti, ana vnciã vnã ſemis.
Vnguenti Populnei in ſucco Enulæ nutriti vnciam dimidiam.
Omnibus in mortario ſubactis fiat Vnguentum ſ. a.

VNG-

## VNGVENTVM ROSATVM, *MES.*

℞ Axungiæ Porcinæ, membranis expurgatæ, libram vnam, lauetur nouies aquâ calidâ, & deinde toties aquâ frigidâ, deinde additâ

Roſarum rubrarum recentium contuſarum librâ vnâ,

ſinatur marceſcere per dies ſeptẽ, deinde coquatur lento igne & coletur: rurſus cum pari admiſtione Roſarum recentium contuſarum totidem dies marceſcat: tum coquatur & coletur vt antè, tandem affunde ſucci roſarum rubrarum vncias ſex.

Coque igne lento ad ſucci conſumptionem: coletur: fiat Vnguentum ſecundùm artem.

## VNGVENTVM RVBRVM DESICCATIVUM. *NICOLAI.*

℞ Olei Roſati Omphacini libram vnam ſemis.

Ceræ albæ vncias quinque.

Liquatis inſperge, in plumbeo mortario

Terræ Lemniæ, vel Boli Armeni,

Lapidis Calaminaris, tritorum exquiſitè, ana vncias quatuor.

Lithargyri auri,

Ceruſſæ, ana vncias tres.

Caphuræ drachmam vnam.

Fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM TVTIÆ VULGARE.

℞ Tutiæ præparatæ vncias duas.

Lapidis Calaminaris ſæpiùs vſti, & in aqua Plantaginis extinɛ̃ti, vnciam vnam.

Pulueriſentur tenuiſſimè, & cum Axungiæ Porcinæ ſæpiùs in aqua roſacea lotæ libra vna ſemis Fiat Vnguentum.

Paratur etiam cum Vnguento Roſaceo, loco Axungiæ.

# VNGVENTA MAGIS COMPOSITA.

## VNGVENTVM ADSTRINGENS, *FERNELII.*

℞ Olei Roſati in aqua aluminoſâ ſæpiùs loti libram vnam ſemis.

Ceræ albæ vncias quatuor.

Gallarum

Gallarum immaturarum.
Nucum cupreſſi,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorij,
Corticum glandium,
Acaciæ,
Rhois,
Maſtiches, ana vnciam vnam.

Omnia exquiſitiſſimè trita macerentur in ſuccis Meſpilorum & Sorborum immaturorum per dies quatuor, deinde ſiccentur igne non acri, ſicque cum oleo & cera fiat Vnguentum ſecundùm artem.

## VNGVENTVM AGRIPPÆ, *NICOLAI.*

℞ Radic: Bryoniæ libras duas.
Radic: Cucumeris Agreſtis librã vnam.
Scillæ laminarum libram dimidiam.
Radic: Ireos recentis vncias tres.
Radic: Filicis maris.
Ebuli,
Tribuli aquatici, ana vncias duas.

Tuſa omnia recentia macerentur diebus ſex vel octo in Olei albiſſimi non rancidi libris quatuor.

Coquantur deinde igne lento, donec radices incipiant marceſcere, poſteà exprimantur, & in expreſſo oleo, Ceræ albiſſimæ vnciæ quindecim liquefiant, & reducantur in Vnguenti conſiſtentiam.

## VNGVENTVM DE ALABASTRO. BEN: VICT: FAVENT:

℞ Succi Chamæmeli vncias quatuor.
Succi { Roſarum rubrarum vncias duas. Rutæ recentis. Betonicæ, ana vnciam vnam ſemis. }
Succi Radic: Althçæ vncias duas.
Olei Roſacei Omphacini librã vnam ſemis.
Alabaſtri puri ſubtiliſſimè pulueriſati vncias tres.

Infundantur per noctem, deinde coquantur ad ſuccorũ conſumptionem, & cum Ceræ albæ vncijs ſex fiat Vnguentum ſecundùm artem.

## VNGVENTVM APOSTOLORVM, *AVICENNÆ.*

℞ Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ albæ,
Ammoniaci, ana drachmas quatuordecim.
Radic: Ariſtolochiæ longæ,

Thuris maſculi,
Bdellij, ana drachmas ſex.
Myrrhæ,
Galbani, ana vnciam dimidiã.
Opopanacis,
Floris æris, ana drachmas duas.
Lithargyri drachmas nouem.
Olei (ſi æſtas fuerit) libras duas,
(Sin Hyems) libras tres.
Aceti q. ſ. ad Ammoniacum, Opopanacem, & Galbanum diſſoluenda.
Confice ſecundùm artem.

## VNGVENTVM AREGON, ADIVTORIVM. *NICOLAI.*

℞ Roriſmarini,
Maioranæ,
Serpylli,
Rutæ,
Radic: Ari,
Radic: Cucumeris Agreſtis, ana vncias quatuor ſemis.
Fol: Lauri,
Saluiæ,
Sabinæ,
Radic: Bryoniæ,
Pulicariæ, i. Conyzæ maioris & minoris, (& in defectu minoris accipe duplum maioris) ana vncias quatuor.
Laureolæ vncias nouem.
Fol: Cucumeris Aſinini,
Nepetæ, ana libram dimidiam.
Omnia Menſe Maio collecta & expurgata tundantur recentia, & macerentur diebus ſeptem in olei optimi libris ſex, affuſâ aquæ Vitæ librâ vnâ: deinde coquantur dum contabeſcant, & dum conſumpta ſit aqua. Oleum percoletur, in quo liquentur,
Ceræ vnciæ ſedecim.
Adipis Vrſini,
Olei Laurini, ana vnciæ tres.
Olei Moſchelini ſiue de Spica vncia dimidia.
Petrolei vncia vna.
Butyri vnciæ quatuor.
Coagitatis demùm hi pulueres inſpergantur,
Maſtiches,
Olibani, ana drachmæ ſeptem.
Pyrethri,
Euphorbij,
Zingiberis,
Piperis, ana vncia vna.
Omnia in Vnguenti formam redigantur ſecundùm artem.

## VNGVENTVM è SVCCIS APERITIVIS PRIMVM *FOESII.*

℞ Succi Apij,
Endiuiæ,
Menthæ,
Abſinthij,
Petroſelini vulgaris,
Valerianæ, ana vncias tres.
Olei Abſinthij,
Menthæ, ana librã dimidiã.

Ceræ

Ceræ Citrinæ vncias tres.
Miſce, & ad ignem fiat Vnguentũ
Additur quandoq; Pulueris
Calami Aromatici,
Spicæ Nardi, ana drachma vna.
Olei Capparum aliquid.

## VNGVENTVM APERITIVUM SECVNDVM. *FOESII.*

℞ Succi Ebuli vncias octo.
Apij,
Petroſelini, ana vncias quatuor.
Succi Abſinthij,
Ireos, ana vncias quinque.
Olei communis libram dimidiam.
Olei Liliorum alborum vncias decem.
Olei Abſinthij,
Chamæmelini, ana vncias ſex.
Pingued: Anatis,
Gallinæ, ana vncias duas.
Coquantur omnia ſimul ad conſumptionem Succorum; poſteà colentur, & cum Ceræ albæ vncijs ſeptem, & pauxillo Aceti paretur Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM DE ARTANITA MAIVS *MES.*

℞ Succi Artanitæ, id eſt, Cyclaminis, vel eius defectu decocti radicum fortis libras tres.
Succi Cucumeris agreſtis;
Butyri vaccini, ana librá ynam.
Olei Irini libras duas.
Pulpæ Colocynthidos vncias quatuor.
Polypodij vncias ſex.
Euphorbij vnciam dimidiam.
Contundenda terantur, & macerentur in ſuccis, & oleis per dies octo in vaſe vitreato bene obturato: poſteà coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum ferè conſumptionem: Cola, colaturæ adde
Ceræ vncias quinque,
Fellis Taurini drachmas ſeptem ſemis.
Ferueſiant ſimul, donec Cera liqueſcat, & adde
Sagapeni drachmas ſeptem ſemis.
Myrrhæ drachmas tres.
In aceto diſſoluta agitentur ſimul, donec parùm infrigeſcant, & tunc inſperge paulatim puluerem ſubſequentium medicamentorum ſimul mixtorum,
Scammonij,
Aloes,
Colocynthidos,
Mezerçi foliorum, vel baccarũ.
Turpeti, ana drachmas ſeptem ſemis.
Salis gemmæ drachmas quatuor ſemis.
Euphorbij.
Piperis longi,

Zingiberis,
Chamæmeli, ana drachmas tres.
Miſce, fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM CATAPSORAS.

℞ Ceruſſæ, in aqua Portulacæ priùs lotæ, deinde in aceto, radicum Raphani ſyluestris infuſarum ſuccis imprægnato, & ab iiſdem expreſſo:
Lapidis Calaminaris,
Chalciteos, ana drachmas ſex.
Lithargyri plumbi vncias duas.
Plumbi vſti,
Sanguinis Hirci ana ſemunciam.
Argenti ſublimati vnciam vnam.
Succor: Semperviui,
Solatri,
Plantaginis, ana vncias duas.
Axungiæ Porcinæ à pelliculis mundatæ libras tres.
Oleorum Violarum,
Papaueris,
Mandragoræ, ana vnciam vnam.
Miſceantur, & benè incorporentur priùs Sublimatum & Axungia, deinde addantur Olea cum Succis, & postremò Pulueres, vt ex omnibus diligentèr invicèm commiſtis, fiat ſ. a. Vnguentum.

## VNGVENTVM CITRINVM SEV CITRIVM, *NICOLAI.*

℞ Boracis vnciam vnam.
Caphuræ drachmam vnam.
Corallij albi vnciam dimidiam.
Amenti vel Gypſi, i. Aluminis plumoſi vnciam vnam.
Vmbilici marini, ſeu belirici,
Tragacanthæ albiſs:
Amyli, ana drachmas tres.
Cryſtalli,
Entalis,
Dentalis,
Olibani, i. Thuris albiſs:
Nitri,
Marmoris albi, ana drachmas duas,
Gerſæ Serpent: ex radic: Dracuntij factæ vnciam vnam.
Ceruſsæ vulgaris vncias ſex.
Adipis Suilli recentis, non ſaliti, mundi, libram vnam ſemis.
Seui Caprini præpar: vnciam vnam ſemis.
Adipis Gallinacei vncias duas ſemis.
Redigantur pulucrizanda in puluerem ſubtiliſſimum ſ. a. plurima vero per ſe. Conficiatur Vnguentum ſic: Adipem Suillum & Gallinaceum mundatum, immitte in ollam fictilem vitreatam ſtricti orificij, quibus imponantur Citria mala duo, vnâcum pulpa & ſucco interiori fruſtulatim inciſa: coope-

riatur vas & collocetur in Balneo calido per dies ſeptem, deinde excolentur Citria, liquefactoque Seuo Caprino ſenſim inſpergantur pulueres, Caphura verò & Borax vltimò inijcienda erunt, probè agitando donec Vnguenti formam acquirat.

## VNGVENTVM COMITISSÆ *VARIGNANÆ.*

℞ Cortic: medianorum,
Glandium,
Caſtanearum,
Quercus arboris,
Fabarum,
Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum,
Acinorum Vuarum,
Sorborum immatur: ſiccorum,
Meſpilorũ immaturorũ ſicc:
Folior: Pruni ſylueſtris,
Radic: Biſtortæ,
Tormentillæ ana vnciam vnam ſemis.

Terantur craſſiuſculè & coquantur in Aquæ Plantaginis libris octo, donec pars media conſumpta fuerit, colentur. deinde

℞ Ceræ citrinæ nouæ vncias octo ſemis, diſſolue cum Olei Myrtini ſimplicis libris duabus ſemis, & lauetur nouies cum decoctione prædicta, ſemper nouã decoctionem affundendo quotieſcunque laueris. Poſteà inſperge ſequentium, tenuiſſimum puluerem.

℞ Corticum medianorum,
Glandium.
Caſtanearum,
Quercus arboris,
Gallarum, ana vnciam vnam,
Succi Hypociſtidos,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorũ Vuarum immaturarũ.
Sorborum immat: ſiccorum, ana vnciam dimidiam.
Trochiſcorum de Carabe vncias duas.

Miſce & cum prædicta Cera & Oleo Myrtino lotis, addendo Olei Maſtichini non loti q. ſ. fiat Vnguentum bonæ conſiſtentiæ ſ. a.

## VNGVENTVM AD HÆMORRHOIDAS. *NORIMB.*

℞ Amyli albiſſ:
Ceruſsæ lotæ,
Lithargyri præparati,
Plumbi vſti,
Tragacanthæ, ana drachmam vnam & dimidiam.
Opij Thebaici,
Camphoræ, ana ſcrupulũ vnũ.
Albuminis oui vnius,
Olei Roſacei,
Violacei, ana vnciam vnã & dimidiam.
Ceræ q. ſ. fiat Vnguentum.

202

## VNGVENTVM LAVRINVM VULGARE.

℞ Foliorum Lauri libram vnam.
Baccarum Lauri libram dimidiam.
Foliorum Braſſicæ vncias quatuor.
Olei ex pedibus Bouinis libras quinque.
Seui Bouini libras duas.
Contundantur herbæ, & baccæ, & coquantur cum oleo & ſeuo ad humoris conſumptionem, & colentur.

## VNGVENTVM MARTIATVM *NICOLAI*.

℞ Folior: Lauri,
Roriſmarini, ana vncias octo.
Rutæ vncias ſeptem.
Fol: Tamariſci vncias ſex.
Ebuli,
Esbrij, id eſt Maioranæ,
Sabinæ,
Balſamitæ, vel Menthæ aquaticæ,
Saluiæ,
Ocimi,
Polij montani,
Calaminthæ,
Artemiſiæ;
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ Vrſinæ,
Spargulæ vel Aparines,
Herbæ venti, i. Anemones ſylueſtris, vel Parietariæ in eius defectu.
Pimpinellæ, i. Sanguiſorbæ,
Agrimoniæ,
Abſinthij,
Herbæ Paralyſeos,
Herbæ ſanctæ Mariæ, (i) Coſti hortenſis,
Cymarum Sambuci,
Craſſulæ maioris, Semperviui minoris,
Semperviui (i) Sedi maioris,
Millefolij,
Chamædryos,
Centaurij minoris,
Quinqueneruiæ (i) Plantaginis maioris.
Fragariæ,
Tetrahit, vel eius loco Virgæ aureæ,
Quinquefolii, ana vncias quatuor ſemis.
Radic: Altheæ,
Sem: Cymini,
Myrrhæ, ana vncias tres.
Fœnugræci vnciam vnam ſemis.
Sem: Vrticæ maioris,
Violarum,
Papaueris rubri (i) erratici,
Mentaſtri, ſeu Menthæ agreſtis,
Menthæ ſatiuæ,
Acetoſæ,
Polytrichi (i) Adianthi albi,

Carduncelli (i) Cardui benedicti,
Matriſyluæ (i) Periclymeni,
Maturellæ (i) Valerianæ maioris.
Herbæ Moſchatæ, vel Geranii Moſchati,
Alleluiæ, i. Trifolii acetoſi,
Linguæ Cervinæ,
Criſpulæ (i) Buphthalmi,
Camphoratæ (i) Abrotoni,
Medullæ Ceruinæ,
Styracis Calamitæ, ana vnciam dimidiam.
Butyri drachmas decem.
Adipis Vrſini,
Gallinacei,
Maſtiches,
Thuris, ana vnciam vnam.
Olei Nardini vncias duas.
Ceræ libras duas.

Herbæ recentes inciſæ Vino odorifero cum Olei libris octo, diebus ſeptem infundantur, octauo die omnia ſimul decoquantur ad Vini ferè conſumptionem. Amotum ab igne coletur, atque rurſus in lebetem Oleum inijciatur, cui lento igne parum calefacto inijce butyrum, Medullam, Adipes, Oleum Nardinum, & Ceram; deinde Styracem, diſſolutam in Vino & paulo Terebinthinæ mixtam. Maſtichem verò, Myrrham, & Thus, pulueriſata poſtremò inſperge. Cumque fuerint omnia probè mixta, agitatione continuâ in vaſe reconde.

## MVNDIFICATIVUM EX APIO. Guid. tr. 7. do. 1. c. 5.

℞ Succi Apij libram vnam.
Mellis vncias nouem.
Farinæ Tritici vncias tres.

Coquantur ad ignem vſque ad ſpiſſitudinem.
Fiat Vnguentum ſ. a.
Addi ad vſum poterunt
Succ: Abſinthij,
Plantaginis, aut Craſſulę,
Farina Lupinorum,
Orobi,
Fœnugræci,
Terebinthina ad neruoſa: vt vſus, & artis eſt.

## VNGVENTVM NEAPOLITANVM. *RENODÆI.*

℞ Axungiæ Suillæ ſucco Saluiæ lot: libram vnam.
Hydrargyri per laneum traiecti, ſaliuâ ritè extincti, vncias quatuor.
Olei Laurini,
Chamæmelini,
Lumbricorum, ana vncias duas.
De Spica ſeſquivnciam.
Aquæ Vitæ vnciam vnam.
Ceræ flauæ vncias duas.
Terebinthinæ in ſucco Enulæ lot: vncias tres.

Pulueris Chamæpityos,
Saluiæ, ana drachmas duas.
Fiat Vnguentum, vt artis eſt.

## VNGVENTVM RESINVM.

Euſt: Rud: Morb: Gall: l. 5. c. 1. f.

℞ Reſinæ Pini optimæ,
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ lotæ,
Olei puri, ana p. æ. Miſce.

## VNGVENTVM NERVINVM.

℞ Fol: Paralyſeos, cum flor:
Saluiæ,
Chamæpityos,
Roriſmarini,
Lauendulæ,
Lauri, cum baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apij,
Meliloti cum flore,
Abſinthij, ana manipul: vnum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegij,
Petroſelini,
Centaurij minoris,
Hyperici, ana manipulum dimidium.
Olei ex pedibus Ouinis, vel Bouinis, libras quinque.
Seui Ouini, vel Bouini, vel Medullæ eiuſdem libras duas.
Olei de Spica vnciam dimidiam.
Contuſis herbis, & coctis cum oleis, & ſeuis, fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM PECTORALE *NICOLAI.*

℞ Butyri recentis aq: Violarum loti vncias ſex.
Olei Amygdalarum dulcium vncias quatuor.
Chamæmelini,
Violacei, ana vncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anatis, ana vncias duas.
Radic: Ireos drachmas duas.
Croci drachmam dimidiam.
Ceræ albæ vncias tres.
Ceram & Adipes in Oleis liquato; dein ſæpiùs lauato aquâ Hordei, vel aq: Hyſſopi. His probè lotis adde Iridem & Crocū in tenuiſs: puluerem redacta, fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM POPVLNEVM, *NICOL:*

℞ Oculorum Populi arboris recentium libram vnam ſemis.

Axungiæ

Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſæ libras tres.

Oculi ſeu Gemmæ Populi contundantur & macerentut in Axungia, donec ſequentes herbæ colligi poſsunt.

℞ Folior: Papaueris nigri,
Mandragoræ,
Cymarum Rubi tenerrimarum,
Folior: Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Vermicularis (i) Semperuiui minoris, (non illecebræ)
Sedi, ſeu Semperuiui maioris.
Violarum,
Vmbilici Veneris,
Bardanæ, ana vncias tres.

Contuſa omnia permiſceantur Axungiæ, & Oculis Populi: exactis diebus decem, affunde aq: Roſarum libram vnam, coquantur igne lento, dum aqua, omniſq; liquor abſumatur: coletur, exprimatur, & ſi ſit opus recoquatur, dum Vnguenti temperaturam acceperit.

## VNGVENTVM RESVMPTIVUM *NICOL.*

℞ Axungiæ Porcinæ recentis vncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anſeris,
Anatis, ana vncias duas.
Oeſypi humidæ vnciam dimidiam.
Olei Violati,
Chamæmelini,
Anethini, ana vncias duas.
Butyri recentis libram vnam.
Ceræ albæ vncias ſex.
Mucilaginis Tragacanthi,
Sem: Cydoniorum,
Lini,
Radic: Biſmaluæ,
Gummi Arabici, ana vnciam dimidiam.

Mucilagines extrahantur aquâ Roſaceâ, & additis reliquis, fiat Vnguentum ſ. a.

*Simile Fernelij, an meliùs!*

## VNGVENTVM SPLENICVM

℞ Olei Capparum vnciam vnam.
Olei Liliorum,
Chamæmelini,
Butyri recentis,
Succi Bryoniæ,
Cyclaminis, ana ſemunciam.

Bulliant Olea ad conſumptionem Succorum, addendo
Ammoniaci aceto ſoluti drachmas duas ſemis.
Pinguedinis Gallinæ,
Medullæ cruris Vituli,
Oeſypi, ana ſemivnciam.

Cortic:

Cortic: rad: Tamariſci,
Capparum,
Ceterach,
Radic: Filicis, ana drachmam vnam.
Pulueris ſem: Agni caſti,
Geniſtæ, ana ſcrupulum.
Ceræ, q. ſ. Fiat in formam Vnguenti.

## ALIVD SPLENICVM MAGISTRALE.

℞ Corticis radicum Capparum drachmas ſex.
Radicum Bryoniæ,
Iridis Florentinæ,
Farinæ ſem: Fœniculi dulcis,
Ammoniaci in aceto ſoluti, àna ſemunciam.
Comarum Abſinthij,
Florum Camomillæ, ana drachmam vnam.
Vng: ex ſuccis aperitiuis Fœſij, viz. deſcriptionis ſecundæ,
Vng: ex floribus Aranciorum, ana drachmas ſex.
Olei Irini,
Capparum, ana vnciam vnam cum ſemiſſi.

Trituranda triturentur exactè, vt, per cribrum tranſmiſſa, cæteriſque in mortario calido ſ. a. (elaboratâ contuſione) admixtis, fiat Vng:

*Sunt qui Vnguenta non admittunt, Emplaſtra verò facilè ferunt; His igitur (pro data occaſione) Vnguenti partem in formam Emplaſtri redactam citiſſimè coaptare licebit, (quod nec minùs intentioni ſatisfacit) ſuperaddendo Ceram, Picem naualem, & Terebinthinæ Cypriæ modicum.*

## VALENTIA SCABIOSÆ IOANNIS ARDERNII, ex oppido (vulgò) Newark, in Comitatu Nottingham: Chyrurgi exercitatiſſimi: qui floruit anno 1370. tempore EDOVARDI tertij Regis Angliæ, ipſiſſimis verbis ex antiquo manuſcripto excerpta.

℞ Succum Scabioſæ, in æſtate per pannum colatum, & cum Axungia Porci à pelliculis mundatâ; in mortario benè tundatur, percutiendo ſed non conterendo, & ſemper paulatìm impone de ſucco ad axungiam, vt benè imbibi poſſit, & vt axungia viridis fiat; Quo facto, accipe illam axungiam, & cum dicto ſucco, in aliquo vaſe ponatur, vt axungia ſucco cooperiatur, & ſic ſtare permittas per nouem dies: poſt nonâ diem iterùm accipe prædictam axungiam cum ſucco, & modo prædicto contunde, & aquoſitas quæ de eo exibit tenuis & diſcolorata deponatur, & ſic permitte ſtare per quinque dies; poſt quintum diem, iterùm accipe nouum ſuccum Scabioſæ,
&

& iterùm (vt prædictum eſt) cum dictâ axungiâ contundatur; quo facto, iterùm per quindenam in vaſe aliquo cum ſucco quieſcere permittatur; quo verò tempore tranſacto, iterùm contundatur (vt prædictum eſt) & ab aquoſitate purgetur, & in vaſe mundo reponatur, & ſic ſtet in pace per aliam quindenam cum appoſitione noui ſucci; poſt quindenam verò, iterùm contundatur, & ſi fuerit ſatis viridis coloris, poſt bonam contuſionem, in vaſe terreo vel vitreo vſui reſeruetur.

*De quantitate vtriuſq; tàm axungiæ, quàm ſucci, baùd ambigendum: Illius enim pro ſuo arbitrio quantitatē, Pharmacopœus ſibi præparandam ſuſcipiat, quàm quidèm vſui futuram eſſe conijciat: Huius autèm ſucco frequentèr repetito, illam imbuat, donec viridi colore ſaturo axungiam imprægnari conſpexerit. Hæc ſiquidem debet eſſe regula, pro menſura ſucci.*

*Hoc autèm monitum eſſe volumus, quantò viridius tantò efficacius Vnguentum reddi: ſi ergò primâ vice, vel etiam ſecundâ, copioſa ipſius Scabioſæ folia, poſt vnam vel alteram diem à collectione ſ. a. reſeruata (vt aquoſitatis excrementitiæ aliquid deponant) cum axungiâ contundantur, nec non aliorum ſuccus prælo fortitèr expreſſus ſuperaffundatur, vt digitos adminimum duos ſuperemineat, & in vaſe conuenienti obturato commiſta, Soli exponantur, totidem vel pluribus diebus ab authore conſtitutis: deindè poſt fortem expreſſionem, ſucco ſolo fortitèr (vt ſuprà) expreſſo, & ab aquoſitate modicè ſeparato, vireſcens axungia repetitis vicibus (baùd neglectâ contuſione) imbuatur, colorem authoris ad mentem induci, ſimulq; vires Vnguento maiores imprimi, experientiâ edocti atteſtamur.*

## TAPSIVALENCIA
eiuſdem Authoris.

℞ Tapſi barbati & cum axungiâ Porci à pelliculis mundatâ, & minutìm inſciſâ, benè in mortario vel in pelui contundantur invicèm, donec axungia benè de ſucco fuerit imbuta, & poſtquàm feceris, permittatur illa axungia cum ſucco ſimilitèr ſtare, per nouem dies, aut plus, donec axungia viridis appareat; Quo viſo, iterùm cum ſucco nouo benè contundatur, & quandò axungia de ſucco perfectè imbuta fuerit & colorata, quod ſuperfluum eſt de ſucco effundatur, & iterùm benè ſine aliquo ſucco contundatur, & in vaſe terreo reponatur, & vſui reſeruetur. Et nota quòd iſta medicina de menſe in menſem oportet ſemel contundi, & in contuſione, de Oleo Roſaceo, Violaceo, & Camomillæ imponere

ponere paulatim, vt Valentia ea competentèr poſſit imbibere: Et ſi de bono populeone prædictis addatur, efficacius erit medicinæ iuuamentum.

## TAPSIMEL eiuſdem.

℞ Succum Chelidoniæ, Tapſi barbati ana: Mellis deſpumati quantum de ſuccis, & invicem bulliant ad conſumptionem ſucci, poſteà ab igne deponatur, & vſui reſeruetur. Cùm indè contra pruritum vti volueris, accipe de eo quantum volueris, & ei impone, de Puluere Vitrioli combuſti, & Aluminis combuſti, Atramenti, i. arrementi. Et ſi neceſſe fuerit, iterùm bulliatur donec Vnguentum ſatis tenax fuerit, & inde in Anum ponatur parùm, contra pruritum, & citò ceſſabit pro certo, & in omni parte corporis, & hoc Vnguentum dicitur Tapſimel, à Tapſi barbato & Melle: Iſtud pro certo eſt nobile Vnguentum.

*Hæc ad verbum ex veteri Manuſcripto, & ſtylo ſuo.*

Caueat Pharmacopœus, ne Mel ex coctione contrahat empyreuma.

## VNGVENTVM STOMACHICVM *NORIMB.*

℞ Olei Abſinthini,
Maſtichini,
Nardini, ana vnciam vnã.
Roſarum rubrarum,
Corallij rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloes,
Maſtiches,
Menthæ,
Schœnanthûs, ana drachmam vnam.
Ceræ q. ſ.
fiat Vnguentum ſ. a.

## VNGVENTVM AD LVMBRICOS MAIVS.

℞ Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Abſinthij,
Amygdalarum amararum ana vnciam vnam ſemis.
Succi florum vel foliorum Perſicæ.
Abſinthij, ana vnciam dimidiam.
Pulueris Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurij minoris,

Tormentillæ, ana drachmam vnam.
Semin: Caulium.
Pulpæ Colocynthidos, ana drachmas duas.
Aloes hepaticæ drachmas tres.
Farinæ Lupinorum vnciam dimidiam.
Myrrhæ in aq: Graminis lotæ drachmam vnam ſemis.
Fellis Taurini vnciam vnam ſemis.
Cum Succi Limonum q. ſ. & Ceræ vncia vna ſemis, fiat Vnguentum ſecundùm artem.

EMPLA-

# EMPLASTRA ET CERATA.

### EMPLASTRVM EX AMMONIACO.

℞ Ammoniaci vnciam vnam.
Vng: Dialthęæ, } ana vnciā
Emplaſtri Meliloti, } dimidiā.
Furfuris frumenti optimè cribrati vnciam vnam.
Pulueris radic: Bryoniæ, & Ireos, ana vnciam dimidiam.
Pingued: Anatis,
Anſeris,
Gallinæ, ana drachmas tres.
Bdellii,
Galbani, ana drachmam vnam ſemis.
Reſinæ Pini,
Ceræ, ana vncias quinque.
Olei Irini,
Terebinthinæ, ana vnciam vnam ſemis.

Bulliant pinguedines ; & Oleum cum ſ. q. Mucilaginis ſem: Lini, & Fœnugræci : & vt ad debitam Emplaſtri formam ducantur, addantur Cera & Terebinthina: mox Vng: Dialthęæ, & Emplaſtrum de Meliloto, deinde Gummi in aceto diſſoluta : poſtremóque Pulueres atque reſina Pini pulueriżata ſubtiliter, omnia miſcendo benè, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

### ALBVM COCTVM, DE CERVSSA. *VLMENSE.*

℞ Ceruſſæ ſubtiliſſimè tritæ,
Ceræ Citrinæ,
Olei Oliuarū, ana partes ęquales.

Ceruſsâ æneum in cacabum immiſsâ, lentè addatur Oleum, & lento igne bulliant, aſſiduò & agitentur dum ſimul deſideant: dein indatur Cera minutim conciſa ſucceſſiuè, nec ferueat, donec probè liquata: Coquantur demùm omnia ſ. a. dum nigricent, ad iuſtam conſiſtentiam.

## EMPLASTRVM DE BACCIS LAVRI, *MES.*

℞ Baccarum Lauri vncias duas.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana vnciam vnam.
Cyperi,
Coſti, ana vnciam dimidiam.
Terebinthinæ vnciam vnam.
Mellis deſpumati, & leuiter tantum calfacti q. ſ. fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

Si triplum Cyperi, & ſtercoris Caprini vel Vaccini ſicci ad pondus omnium addatur, erit efficacius ad Hydropa.

## EMPLASTRVM BARBARVM MAGNVM, Gal: comp: med: ſec. gen. l. 2. f.

℞ Picis ſiccæ libras octo.
Ceræ Citrinæ libras ſex, vncias octo.
Reſinæ Pini libras quinque, vncias quatuor.
Bituminis Iudaici, vel Mumiæ, libras quatuor.
Olei ſeſquilibram.
Æruginis æris,
Lithargyri,
Ceruſsæ, ana vncias tres.
Thuris ſelibram.
Aluminis liquidi, vel Rochæ non vſti ſeſquiunciam.
ſciſſilis, vel Rochæ combuſti vncias quatuor.
Opopanacis,
Squamæ æris,
Galbani, ana drachmas duodecim.
Aloes,
Opij,
Myrrhæ, ana ſemunciam.
Succi Mandragoræ, vel cortic: radic: ſicc: drachmas ſex.
Aceti libras quinque.

Lithargyrus, Ceruſsa, Oleum coquantur ad mellis ſpiſſitudinem: Pix liquefacta, cum Puluere Bituminis, incorporetur: addantur, & coquantur alia ſ. a. donec Acetum conſumatur, nec manus inquinentur. Fall. vuln. gen. c. 15.

## EMPLASTRVM DE BETONICA, *ANDERNACI.*

℞ Betonicæ viridis,
Pimpinellæ,

Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Saluiæ,
Pulegij,
Millefolij,
Conſolidæ maioris,
Gallitrici, ana vncias ſex.
Thuris,
Maſtiches, ana drachmas tres.
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana drachmas ſex.
Ceræ albæ,
Terebinthinæ, ana vncias octo.
Gummi Oleæ Æthiopicæ. i. Gummi Elemi vncias duas.
Reſinæ Pini vncias ſex.
Olei Abietini vncias duas.
Vini albi libras tres.

Contuſæ herbæ decoquantur in Vino, deinde colentur, & colaturæ reliqua addantur, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM D. *CÆSARIS.*

℞ Radic: Biſtortæ,
Nucum Cupreſſi,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Menthæ,
Semin: Coriandri, ana drachmas tres.
Maſtiches vnciam dimidiam.
Hypociſtidos,
Acaciæ,
Sanguinis Draconis,
Terræ Sigillatæ,
Boli veri,
Corallij rubri, ana drachmas duas.
Terebinthinæ aquâ Plantaginis lotæ vncias quatuor.
Olei roſacei vncias duodecim.
Succor: Semperuiui,
Plantaginis,
Telephij, ana vnciam vnam.
Ceræ flauæ libram vnam ſemis.

Hypociſtis & Acacia diſſoluantur cum ſuccis, & coquantur lento igne ad conſiſtentiam, deinde commiſceantur reliqua, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM CATAGMATICVM. *VIGONIS.*

℞ Succ: Radic: Altheæ vncias ſex.
Cort: rad: Fraxini, & folior: eius,
Rad: Conſolidæ maioris:
& minoris, vnà cum folijs, ana vncias duas.
Baccarum Myrti vnciam vnam ſemis.
Folior: Salicis,
Summitat: Hyperici, ana manipul: vnum ſemis.

Contuſis contundendis, bulliant ſimul in vini rubri adſtringentis, & aquæ fabrorum, ana libris duabus,

bus, ad medietatis conſumptionem, colentur, adde,

Olei Myrtini,
Roſacei,
Omphacini, ana libram vnam ſemis.
Seui Hircini liquefacti vncias octo.
Lithargyri Auri, &
Argenti,
Minij, ana vncias quatuor.
Ceræ flauæ libram vnam.
Colophoniæ libram dimidiam

Denuò bulliant ad conſumptionem decocti, addendo ſub finem,

Myrrhæ,
Thuris,
Maſtiches, ana vnciam dimidiam.
Terebinthinæ claræ vncias duas.
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, ana vnciam vnam.

Baculo optimè agitentur, dum decoquuntur, & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## CATAGMATICVM *RENODÆI*

℞ Rad: Symphyti minoris,
Althęæ,
Viſci querni, ana vncias duas.
Plantaginis,
Chamæpityos,
Hyperici, ana manip: vnum.

Fiat decoctio in ęquis partibus Vini nigri, & aquæ fabrorum, ad medias: colaturæ adde

Mucilaginis ſem: Cydoniorum in decocto Omazorum extractæ
Olei Maſtichini,
Roſacei, ana vncias quatuor.
Ceræ Virgineæ libram vnam.
Lithargyri auri vncias duas.
Terebinthinæ vncias tres.
Balauſtiorum,
Roſarum,
Myrtillorum,
Acaciæ, ana ſemunciam.
Mumiæ,
Granorum Androſæmi,
Colophoniæ,
Maſtiches,
Succini, ana drachmas ſex.
Picis naualis ſeſquivnciam.
Boli Armeni,
Farinæ volatilis,
Thuris, ana drachmas duodecim.
Sanguinis Draconis vncias duas.

Ad elixatas in percolato Mucilagines, aquoſa humiditas cum exhalauerit, admiſceantur Olea, tum Cera, pòſt Lithargyrus. Coctis, vnitis, agitatis, ab igne ſemotis, addatur Terebinthina, deinde pulueres. Sic demum miſceantur, agitentur, ſubigantur omnia, vt in Emplaſtrũ coeant conſiſtentiâ legitimum.

EMPLA-

## EMPLASTRVM CEPHALICVM.

℞ Reſinæ claræ vncias duas.
Picis nigræ vnciam vnam.
Ladani vnciam dimidiam.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana drachmam vnam ſemis.
Gum: Iuniperi drachmas duas.
Terebinthinæ,
Farinæ Fabarum,
Orobi, ana vnciam dimidiam.
Nigellæ odoratę drachmas tres.
Nucis Moſchatæ drachmas duas.
Stercoris Columbini vnciam dimidiam.

Diſſoluatur Myrrha in Vino Maluatico, & cum reliquis in mortario calido admiſtis fiat Emplaſtrum ſ. a.

Si vis fortius, adde pulueris
Euphorbij,
Pyrethri,
Piperis nigri, ana ſcrupulos duos.

## EMPLASTRVM CEROMA, ſeu CERONEVM, *NICOLAI ALEXANDRINI, Cap. 286.*

℞ Picis [naualis, i. ex nauibus vetuſtis deraſæ, quæ multiplicem aquæ marinæ loturam ſunt expertæ.]
Ceræ flauæ, illotæ, ana drachmas ſeptem.
Sagapeni drachmas ſex.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci, ana drachmas quatuor.
Aloes,
Thuris [maſculi]
Myrrhæ, ana drachmas tres.
Styracis calamitæ,
Maſtiches,
Opopanacis,
Galbani,
Aluminis,
Sem: Fœnugræci, ana drachmas duas.
Confitæ, i. fæcis liquidæ Styracis.
Bdellij, ana drachmam vnam.
Lithargyri ſemidrachmam.

Opopanax & Galbanum, in claſſe ſimplicium ex incuriâ Typographi omiſsa, adijciuntur nihilominùs ab authore in compoſitionis Methodo: Sin hęc minùs accurata, vel in cautionibus defectiua videatur, (non enim eſt noſtri inſtituti veteres perſtingere) aliam diſcendi cupido cuiuis adire licebit, facilem, nec minus artificiosè contextam, apud ſtudioſum illum Ioannem Du Boys Pharmacopolam Pariſienſem, cuius annotationes luculentulas in Methodum miſcendorum medicamentorum, iamdiù editas,

editas, Pharmacopœos etiam exercitatiſſimos conſuluiſse haùd pœnitebit.

## EMPLASTRVM DE CRVSTA PANIS.

℞ Maſtiches,
Menthæ,
Spodij,
Corallij rubri,
Santalorum omnium, ana drachmam vnam.
Cruſtæ Panis toſtæ, infuſæ in aceto Roſaceo, per mediam horam vncias duas.
Olei Maſtichini,
Cydoniorum, ana vnciā.
Ceræ vncias duas.
Styracis liquidæ,
Ladani, ana drachmas tres.
Farinæ Hordei q. ſ.
Miſce, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM è CYMINO.

℞ Semin: Cymini,
Baccarum Lauri, ana libram vnam.
Reſinæ Pini libras duas.
Communis libras tres.
Olei Anethini ſelibram.
Ceræ libram vnam.
Miſce, fiat Emplaſtrum.

## DIACHYLON SIMPLEX.

*MES.*

℞ Mucilaginis Fœnugræci,
Sem: Lini,
Radic: Althęæ, ana libram vnam.
Olei veteris clari, libras tres.
Lythargyri libram vnam ſemis.
Lithargyrus tenuiſſimè teratur, & cum Oleo ſubigatur, poſteà igne lento coquatur, ſpatha ſemper agitando, donec probè permixta ſint: ab igne depoſita paulatim frigeſcant: poſteà Mucilagines affundantur, permiſceantur & decoquantur ad iuſtam craſſitiem ſecundùm artem.

## DIACHYLON IREATVM.

Adde Pulueris Ireos vnciam vnam ſingulis libris Diachyli ſimp: & erit Ireatum.

## DIACHYLON MAGNVM.

*MES.*

℞ Lithargyri auri tenuiſſimè puluerisati libram vnam.
Olei Irini,
Anethini,
Chamæmelini, ana vncias octo.
Mucilaginis Radic: Althęæ,
Sem:

Sem: Lini,
Fœnugræci,
Vuarum Paſſarum,
Caricarum pinguium,
Icthyocollæ,
Succi Ireos,
Scillæ,
Oeſypi, vel Olei ex pedibus Ouillis, ana drachmas duodecim ſemis.
Terebinthinæ vncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ flauæ, ana vncias duas.
Miſce: fiat Emplaſtrum ſ. a.

## DIACHYLON MAGNVM CVM GVMMI EX *RENODÆO.*

℞ Bdellij,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana vnciam vnam.
Diachyli magni maſſæ addantur Vino diſſoluta priùs, colata, & ad mellis icraſſitiem cocta : & ſic fit Diachylon cum gummi.

## DIACHYLON COMPOSITVM SIVE EMPLASTRVM DE MVCILAGINIBVS. *MES.*

℞ Mucilaginis Radic: Althęæ,
Sem: Lini,
Fœnugræci,
Cortic: mediani Vlmi, ana vncias quatuor ſemis.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana vnciam vnam ſemis.
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, ana vnciam dimidiam.
Ceræ nouæ vncias viginti.
Terebinthinæ vncias duas.
Croci drachmas duas.
Vino ſoluantur Gummi,
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## DIAPALMA SEV DIACHALCITEOS, *GALENI.*

℞ Axungiæ Porcinæ inſulſæ, vetuſtæ, à membranis purgatæ, libras duas.
Olei veteris,
Argenti ſpumæ, (i.) Lithargyri, tritæ, & cretæ, ana libras tres.
Chalcitidis vſtæ, læuigatæ, ſeu Vitrioli albi vſti, & puluerisati vncias quatuor.
Conficitur autem in hunc modum.
Primûm Lithargyrum tenuiſſimè læuigatum lento igne cum oleo, & axungia diutiſſimè coquunt, ac nutriunt ſemper agitando rudicu-

ſá, ſeu ramo Palmæ, vel alius arboris aſtringentis, vt Quercus, Buxi, vel Meſpili, qui recenter ſit inciſus, atque vt ſpatulæ vis medicamentoſa meliùs Emplaſtro communicetur, eius extremitatem ſubinde præſcindunt, & ſuperficiem abradunt, ad humiditatem vſque natiuam: mixturæ ſic coctione & agitatione incraſſatæ, & igni ſubſtractæ Vitriolum album, Chalcitidis veræ penuriâ, puluerisatum inijciunt & ſubigunt, ſicq; maſsam habent laudabilem pro Emplaſtro.

## EMPLASTRVM DIAPHOENICON CALIDVM, *MES.*

℞ Ceræ vncias duas.
Olei Roſacei,
Nardini, ana vncias quatuor.
Simul liquentur, deinde
℞ Dactylorum ſiccorum numero quadraginta.
Panis biſcocti vnciam vnam.
Macerentur in Vino odorato per biduum, deinde
℞ Carnis Cydoniorum in Vino rubro coctorum vnciā vnam.
Contundatur & permiſceantur ſuperioribus; & adde ſequentia in mortario benè contuſa.
℞ Maſtiches,
Thuris,
Abſinthij Romani, ana drachmas duas ſemis.
Ligni Aloes,
Macis,
Myrrhæ,
Aloes lotæ,
Spicæ Nardi,
Acaciæ,
Galliæ Moſchatæ,
Trochiſcorum Ramich,
Calami Aromatici, ana drachmam vnam.
Ladani drachmas duas.
Miſce, & fiat Emplaſtrum ſ.a.

## DIAPHOENICON FRIGIDVM, *MES.*

℞ Dactylorum maturitati proximorū in Vino auſtero coctorum vncias quinque.
Panis biſcocti vnciam vnam.
Carnis Cydoniorum in Vino auſtero coctorum vnciam vnam ſemis.
Styracis Calamitæ,
Maſtiches,
Ladani,
Acaciæ,
Omphacij, id eſt, ſucci Vuarū immaturarum.
Flor: Labruſcæ, vel Vitis ferentis vuas acidas vel auſteras.
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini,
Trochiſcorum Ramich,
Myrrhæ,

Myrrhæ,
Ligni Aloes, ana vnciam dimidiam.
Ceræ vncias quatuor..
Terebinthinæ aquâ Roſaceâ lotæ vnciam vnam ſemis.
Olei Roſacei vncias decem.
Vini auſteri q. ſ.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM DIVINVM. *NICOLAI.*

℞ Magnetis vncias quatuor.
Ammoniaci vncias tres, & drachmas tres.
Bdellij vncias duas.
Galbani,
Myrrhæ, ana drachmas decem.
Olibani drachmas nouem.
Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochiæ longæ,
Viridis æris, ana vnciam vnam.
Lithargyri libram vnam ſemis.
Olei communis libram vnam ſemis.
Ceræ nouæ vncias octo.

Miſce ſ. a. Lithargyrus cum Oleo diù agitetur, poſteà coquantur ad ſpiſſitudinem, tum Cera addatur, eâ liquatâ, ab igne auferantur, & adijciantur Gummi in aceto, aut vino diſſoluta, cocta, & colata, deinde puluis Myrrhæ, Maſtiches, Thuris, Ariſtolochiæ, & Magnetis, poſtremò Æruginis, ne diutiùs cocta Emplaſtrum faciat rubrum, & ſic fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE GVMMI ELEMI Pet: Apon: Conciliat: ſec: Vig: Antid: c. 16.

℞ Gum: Elemi vncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ puræ.
Ammoniaci, ana vncias duas.
Terebinthinæ tres vncias & mediam.

Vino Maluatico q. ſ. ad conſumptionem Vini coquantur cætera: tum Ammoniacum aceto diſſolutum adijciatur. Emplaſtrum vino vel aquâ vitæ malaxetur. Ex quo & fit Vnguentum Sarcoticum, Fallop: vuln: gen: c. 18.

## EMPLASTRVM GRATIA DEI. *NICOLAI.*

℞ Terebinthinæ libram dimidiã.
Reſinæ libram vnam.
Ceræ albæ vncias quatuor.
Maſtiches vnciam vnam.
Betonicæ, Verbenæ, ~~Pimpinellæ~~ Bipinellæ } recentium, ana manipul: vnũ.

Tuſæ herbæ in vino albo coquantur dum tabeſcant; liquor exprimatur, in quo Cera & Reſina co-

quantur ad liquoris conſumptionem: ab igne ſublatis, Terebinthina permiſceatur, & poſtremò Maſtiche in puluerem redacta; & ſic fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM GRISEVM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞ Lapidis Calaminaris præparati vnciam vnam.
Lithargyri vncias duas.
Ceruſsæ vnciam dimidiam.
Tutiæ drachmam vnam.
Terebinthinæ drachmas ſex.
Ceræ albæ vnciam vnam ſemis.
Seui Ceruini vncias duas.
Thuris electi drachmas quinque.
Maſtiches drachmas tres.
Myrrhæ drachmas duas.
Camphoræ drachmam vnam ſemis.

Si emplaſtri conſiſtentiam iuſtam deſideraueris, addere licebit Ceræ, & Seui Ceruini, ana vnciam vnam, vel q. ſ.

Confice ſ. a.

## EMPLASTRVM AD HERNIAM, *FERN.*

℞ Gallarum,
Nucum Cypreſſi,
Pſidiæ, ſiue Malicorij,
Balauſtiorum,
Acaciæ,
Sem: Plantaginis,
Pſyllij,
Naſturtij,
Cupularum Glandium,
Fabarum torrefactarum,
Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ,
Myrtillorum, ana vnciam dimidiam.

Hæc omnia puluериſentur, & in aceto Roſato macerentur per dies quatuor, deinde torrefiant & exiccentur, tum

℞ Conſolidæ maioris & minoris.
Caudæ equinæ,
Glaſti,
Scolopendrij, (i.) Cetrach,
Radic: Oſmundæ regalis,
Filicis, ana vnciam vnam.
Thuris,
Myrrhæ,
Aloes,
Maſtiches,
Mummiæ, ana vncias duas.
Boli Armeni loti in aceto,
Lapidis Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sanguinis Draconis, ana vncias tres.
Picis Naualis libras duas.
Terebinthinæ vncias ſex vel q. ſ.

Vt fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLA-

## EMPLASTRVM HYSTERICVM, *NICOLAI*, Præp: ſec: *RENODÆVM.*

℞ Radic: Biſtortæ libram vnam.
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Nucis Moſchatæ,
Berberis acinorum,
Antheræ, ana vnciam vnam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnanthûs,
Flor: Chamæmeli, ana vnciam dimidiam.
Thuris,
Maſtiches,
Aliptæ Moſchatæ,
Galliæ Moſchatæ,
Styracis Calamitæ rubri, ana drachmam vnam.
Moſchi optimi drachmam dimidiam.
Ceræ libram vnam ſemis.
Terebinthinæ librã dimidiam.
Olei Moſchelini vncias quatuor.
Ladani libras quatuor.
Picis Naualis libras tres.

Cerâ cum Pice liquatâ, Ladanum & Terebinthina addantur, dein Styrax, poſtremò reliqua trita & creta, & fingatur Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE IANVA. SIVE DE BETONICA, *NICOLAI.*

℞ Succi Betonicæ,
Plantaginis,
Apij, ana libram vnam.
Ceræ,
Picis,
Reſinæ,
Terebinthinæ, ana libram dimidiam.

In ſuccis Cera, & Reſina lento igne coquantur, & continenter moueantur ad ſuccorum conſumptionem; poſtremò Terebinthina & Pix addantur bene agitando, & ſic fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM DE MASTICHE *RENODÆI.*

℞ Maſtiches vncias tres.
Boli Armeni in Vino nigro loti vnciam vnam ſemis.
Roſarum rubrarum drachmas ſex.
Scobis Eboris,
Corallij rubri, ana vnciam dimidiam.
Terebinthinæ vncias duas.
Ceræ flauæ,
Olei Myrtillorum, ana libram dimidiam.

fiat

fiat Emplaſtrum ſ. a. addendo
Colophoniæ, vel Tacamahacæ,
Ladani, ana vncias duas.

## EMPLASTRVM DE MELILOTO, *MES.*

℞ Florum Meliloti vncias ſex.
Flor: Chamæmeli,
Sem: Fœnugræci,
Baccarum Lauri,
Radic: Althęæ,
Maioranæ,
Com: Abſinthij, ana drachmas tres.
Sem: Apij,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſiæ ligneæ,
Sem: Ammeos, ana drachmam vnam ſemis.
Ammoniaci drachmas decem.
Styracis calamitæ,
Bdellij, ana drachmas quinque.
Terebinthinæ vnciam vnam ſemis.
Ficuum pinguium numero duodecim.
Seui Hircini,
Reſinæ, ana vncias duas ſemis.
Ceræ vncias ſex.
Olei Sampſuchini,
Nardini, ana q. ſ. vel vncias tres.
Tum ℞ Meliloti noui, & Fœnugræci, & Chamæmeli ana q. ſ. & coquantur in aquæ libris duabus ad medias, deinde in colaturam immiſſis triturandis ſubtiliſſimè puluerizatis cum radicibus & ficubus coctis & cribratis, rurſum coquantur optimè ſemper mouendo, ne comburantur, & additis Oleis, Terebinthinâ, Cerâ, Seuo, & Reſinâ ſimul liquatis, gummiſque in aceto diſſolutis, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE MINIO COMPOSITVM, *VIGONIS.*

℞ Olei Roſacei odorati librám vnam ſemis.
Olei Myrtini,
Vnguenti Populei, ana vncias quatuor.
Pinguedinis Gallinæ vncias duas.
Seui Caſtrati (i) Veruecis.
Vaccini, ana libram dimidiam.
Axungiæ Porcinæ vncias ſeptem.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana vncias tres ſemis.
Ceruſſæ vncias quatuor.
Minij vncias tres.
Terebinthinæ vncias decem.
Ceræ q. ſ.

fiat

fiat Emplaſtrum ſ. a. tendens ad nigredinem.

ALIVD DE MINIO SIMPLICIVS, LONDINENSIVM.

℞ Minij vncias nouem.
Olei Roſarum rubrarum librá vnam ſemis.
Aceti vini albi vncias ſex.
Coquantur in perfectam Emplaſtri conſiſtentiam.

Paratur etiam ſine aceto in hunc modum.

℞ Minij libram vnam.
Olei Roſacei libram vnam ſemis.
Ceræ libram dimidiam.
fiat Emplaſtrum ſ. a.

EMPLASTRVM ISIS EPIGONI Gal: comp. med: gen: l. 5.

℞ Ceræ luteæ drachmas centum.
Terebinthinæ drachmas ducentas.
Squamæ Æris rubei,
Æruginis raſæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Thuris,
Salis Ammoniaci,
Guttæ Ammoniacæ,
Æris vſti, ana drachmas octo.
Aluminis combuſti drachmas ſex.
Aloes,
Myrrhæ,
Galbani, ana ſeſquivnciam.
Olei antiqui libram vnam.
Aceti acris q. ſ.

Metallicis Aceto ſub Sole diſſolutis, mox affunduntur liquabilia, deinde pulueres; demum ex omnibus fiunt magdaleones, in Aceto & vaſe æneo aſſeruandi. Iſtis Fallopius ex ipſo addit
Radic: Ari ſeu Dracunculi,
Thymiamid: ana vnciam,
Subſtituit pro Terebinthina Colophoniam,
pro Alumine combuſto Rochæ.

EMPLASTRVM DE MASTICHE *NIC: AL:*

℞ Maſtiches,
Picis naualis,
Sagapeni,
Ceræ, ana drachmas ſex.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci,
Aloes,
Thuris,
Myrrhæ, ana drachmas tres.
Opopanacis,
Galbani,

Styracis

Styracis calamitæ,
Aluminis (Rondeletius ſubſtituit, & nos ex eo) Bituminis,
Fœnugręci, ana drachmas duas
Comphittæ, i. fæcis Styracis liquidæ,
Bdellij,
Lithargyri, ana ſemidrachmam.

Lithargyrus in puluerem redactus cum ſufficienti aqua decoquatur, deinde Pix, quâ liquefactâ, adde Ceram, Ammoniacum, poſteà Sagapenum; Opopanax, Galbanum infundantur & liquentur, & percolata inijciantur: mox Styracem, Comphittã, Terebinthinam ſpatulâ miſce: poſtremò Colophoniæ, Maſtiches, Thuris, Bdellij, Aluminis, Myrrhæ, Fœnugræci pulueres paulatim inſperge: coquatur: coctum in aqua fundatur, & forma magdaleones.

## EMPLASTRVM ΜΗΤΡΟΠΡΟΠΤΩΤΙΚΟΝ.

℞ Maſtiches vnciam vnam cum ſemiſſe,
Galbani purioris in Vino rubro diſſoluti, & à fœcibus poſt colaturam expurgati, drachmas ſex.
Terebinthinæ Cypriæ drachmas duas.
Nucum Cupreſſi,
Gallarum, ana ſeſquidrachmam.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem, drachmã vnam.
Picis ex nauibus vetuſtis deraſæ drach: duas cum ſemiſſe.
Moſchi grana duo cum ſemiſſe.

Contundantur leuiter Maſtiche, Pix, Galbanum, & Terebinthina, cum calido piſtillo in mortario calido, ſub finem admiſcendo Nucis Moſchatæ Oleum. Tum demum per vices adijciantur pulueres, nec non Moſchus ſuper marmore cum modico Olei Maſtichini diſſolutus, & poſt exactam miſtionem fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRVM NIGRVM, *AVGVSTAN:* STICHPFLASTER.

℞ Colophoniæ,
Reſinæ,
Picis naualis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Ceruſsæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana vncias octo,
Olei Roſacei vncias ſeptem.
Ol: Iuniperi ex granis vncias tres.
Ol: Ouorum vncias duas.
Ol: De Spica vnciam vnam.
Vitrioli albi,
Corallij rubri,
Mumiæ, ana vncias duas
Terræ Sigillatæ,

Maſtiches

Maſtiches,
Sang: Draconis, ana vnciam vnam.
Adipis Ardeæ vnciam vnam.
Thymalli vncias tres.
Lap: Magnetis præpar: vncias duas.
Lumbricorum præparatorum,
Camphoræ, ana vnciam vnam.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM NERVINVM, *VIGONIS.*

℞ Olei Chamæmelini,
Roſacei, ana vncias duas.
Olei Maſtichini,
Terebinthini,
Lini, ana vnciam vnam ſemis.
Terebinthinæ claræ vncias quatuor.
Seui caſtrati Vituli,
Hircini, ana vncias duas ſemis.
Herbarũ Roriſmarini,
Betonicæ.
Caudæ Equinæ,
Centaurij, ana manipul. vnum.
Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino vncias tres.
Hyperici fol: & ſem: eius, ana manipul. vnum.
Maſtiches pulueriſatæ,
Gummi Elemi, ana drachmas decem.
Radicum Rubiæ tinctorum drachmas decem.
Picis Naualis,
Reſinæ, ana vnciam vnam ſemis.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana vncias duas ſemis.
Minij vncias duas.
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana drachmas tres.
Coquantur Herbæ, Radices, & Vermes in Vini libra vna ſemis ad medietatis conſumptionem, deinde exprimantur, & expreſſum bulliat iterum cum Oleis, Seuis, Lithargyro, & Minio ad Vini conſumptionem: deinde adde Gummi in Vino odorifero diſſoluta: poſtremò Terebinthinam, Reſinam, Picem, & Maſtichem in puluerem redacta, & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM OXYCROCEVM, *NICOLAI.*

℞ Croci,
Picis Naualis,
Colophoniæ,
Ceræ, ana vncias quatuor.
Terebinthinæ,
Galbani,

Ammoniaci,
Myrrhæ,
Thuris,
Olibani,
Maſtiches, ana vnciam vnam drachmas tres.

Modus conficiendi hic ſit; Cera, Colophonia, & Terebinthina ſimul liquentur, auferendo ab igne: mox Picem purá adde, dum adhuc feruet; tum Galbanũ, Ammoniacum, Thus, & Myrrham diſſoluta in aceto, inijce: poſteà Maſtichem in puluerem redactá & Crocum pulueriſatum in aceto probè humectatum: & ſic fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM DE RANIS *VIGONIS.*

℞ Olei Chamæmelini,
Anethini,
Spicæ,
Liliorum, ana vncias duas.
Olei de Croco vnciam vnam, vide pag. 135. col. 2.
Axungiæ Porcinæ librá vnam.
Pinguedinis Vituli libram dimidiam.
Euphorbij drachmas quinque.
Thuris drachmas decem.
Olei Laurini vnciam vnam ſemis.
Adipis Viperę, vel (eius defectu) Colubri, vncias duas ſemis.
Ranarum viuentium numero ſex.
Lumbricorum in vino lotorum vncias tres ſemis.
Succi Radic: Ebuli,
Enulæ, ana vncias duas.
Schœnanthûs,
Stœchados,
Artemiſiæ, ſeu Matricariæ, ana manipul. vnum.
Vini odoriferi libras duas.
Lithargyri Auri libram vnam.
Terebinthinæ claræ vncias duas.
Ceræ flauæ q. ſ.
Styracis liquidæ vnciam vnam ſemis.
Argenti viui ſaliuâ hominis ieiuni, vel ſucco Limonum extincti, vncias quatuor.

Modus conficiendi hic ſit.

Coquantur ſimul Ranæ, Lumbrici, & herbæ cum ſuccis, & oleis Chamæmeli, Anethi, Liliorũ, Axungiâ, pinguedine, & librâ vnâ ſemis vini odorati; Colaturæ adde Lithargyrũ, Ceræ vncias quatuor, & reſiduũ Vini (i) libram dimidiá. Coquantur ſimul ad conſumptionem totius Vini, & dum digitis non adhæreat, tum adde Oleũ de Croco, Laurinũ, de Spica, & Adipem: poſteà puluerẽ Thuris & Euphorbij, poſtremò Argentũ viuũ probè commixtum cum Styrace liquidâ,

liquida, & Terebinthina, ſimul omnia cum ſpatula agitando vt ſimul incorporentur. Cauendum tamen ne imponatur Argentum viuum, cum nimis feruet Maſſa, ne euolet.

### EMPLASTRVM SANCTVM *ANDR:* à CRVCE.

℞ Reſinæ Pini rec: claræ odor: vncias duodecim.
Olei Laurini puri,
Terebinthinæ optimæ, ana vncias duas.
Gum: Elemi tranſparentis, grauis, vncias quatuor.

Reſina & Gummi in caciola ænea, ſuper ignem clarum debilem, aſſiduò rudiculâ arundineâ, vel ſpatulâ æneâ coagitentur, donec liqueſcant. Inde addantur Laurinum & Terebinthina, iterum parum bulliant, mouendo itidem. Cum incraſſatum, per ſtamineam, aut tamiſium percoletur: quod extillauerit, in vaſe vitreato terreo operto aſſeruetur.

### SPARADRAPVM ſeu TELA *GALTERI* ex *RENOD.*

℞ Olei Roſacei libram dimidiam.
Seui Arietini vncias quatuor.
Ceræ vncias decem.
Lithargyri,
Reſinæ Pini,
Thuris,
Maſtiches, ana vncias duas.
Boli Armeni,
Farinæ volatilis, ana vnciam vnam.

Coquantur ſimul Oleum, Sevum, & Lithargyrus, donec Lithargyrus ſit incorporatus; deinde ex arte fiat Emplaſtrum, in quod adhuc liquatum & calidum, tela parùm attrita immergatur.

### EMPLASTRVM ΣΤΕΦΑΝΙΑΙΟΝ.

℞ Ladani ſemunciam.
Styracis calamitæ gummoſæ & colatæ,
Sandaracæ Arabũ, ana drachmas duas.
Succini,
Terebinthinæ Cypriæ, ana drachmam vnam.
Coralliorum rub:
Maſtiches, ana ſemidrachmam.
Florum Saluiæ,
Roſarum rubrarum,
Iridis Florentinæ, ana ſcrupulũ.
Reſinæ, ex aqua Roſacea lotæ ſemunciam.

Reſina, Ladanum, & Maſtiche, cum Styrace, Sandaracâ & Terebinthinâ, in mortario calido leuitèr contundantur, eò vſque ſ. a. cum piſtillo calido (Vini rub: guttas aliquot aſpergendo) donec in-

vicèm coiviſſe videantur: Tum demùm Pulueres per vices immittantur, ità vt diligenti agitatione continuò factâ, ex omnibus exactè commixtis fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRVM SINE PARI, *ANONYMI* ex manuſcripto excerptum.

℞ Thuris Libani,
Bdellij,
Styracis gummoſæ, ana drachmas tres.
Ammoniaci,
Galbani, ana drachmam vnam cum ſemiſſe.
Picis naualis drachmas ſex.
Medullæ Ceruinæ,
Adipis Gallinæ,
Anſeris, ana drachmas duas.
Sulphuris viui ex lacte loti,
Pulueris Hermodactylorũ, ana ſeſquidrachmam.

Diſſoluantur Gummi in Vino albo tenui (non autèm in aceto, quod neruoſis & membranoſis partibus eſt inimicum) & cum Olei Roſati completi partibus duabus, Olei Ouorum parte vna, & Olei Terebinthinæ modico fiat ſ.a. Emplaſtrum.

## STICTICVM PARACELSI.

℞ Olei Oliuarum vncias ſex.
Ceræ vnciam vnam ſemis.
Lithargyri triti vncias quatuor ſemis.
Ammoniaci,
Bdellij, ana vnciam dimidiam.
Galbani,
Opopanacis,
Olei Laurini,
Lap: Calaminaris,
Ariſtolochiæ vtriuſque.
Myrrhæ,
Thuris, ana drachmas duas.
Reſinæ abietis, vel Terebinthinæ puræ vnciam vnam.

Oleum, Cera, & Lithargyrus ſimul coquantur, dum digitis non adhæreant; deinde maſſa ab igne remota paulùm frigeſcere ſinatur, addendo gummi diſſoluta in aceto Vini albi, quod recoquendo euaporet; & coletur ſtrenuè, poſtremò pulueres & Terebinthinã & Oleum Laurinum adijce, & fiat Emplaſtrum ſ.a.

## EMPLASTRVM STOMACHICVM, *MES.*

℞ Ligni Aloes,
Abſinthij,
Gummi Arabici,
Maſtiches,
Cyperi,

Coſti,

Coſti,
Zingiberis, ana vnciam dimidiam.
Calami Aromatici,
Olibani,
Aloes, ana drachmas tres.
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Nucis Moſchatæ,
Galliæ Moſchatæ,
Schœnanthûs, ana drachmam vnam ſemis.

Excipe Miuâ Cydoniorum, & fiat Emplaſtrum, vſus tempore extendatur ſuper pannum, & ſuffumigetur ligno Aloes, & ſuperponatur ſtomacho.

## EMPLASTRVM STOMACHICVM MAGISTRALE.

℞ Menthæ,
Abſinthij,
Stœchados,
Fol: Lauri, ana drachmam vnam.
Maioranæ,
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini, ana drachmas duas.
Calami Aromatici,
Ligni Aloes,
Florum Lauendulæ,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam vnam.
Maſtiches drachmas tres.
Caryophyllorũ drachmas duas ſemis.
Olei Menthæ vnciam vnam ſemis.
Olei Nardini vnciam vnam.
Olei Spicæ drachmam vnam.
Reſinæ,
Ceræ, ana vncias quatuor.
Ladani vncias tres.
Styracis liquidæ vnciam ſemis.

Fiat Emplaſtrum.

DE

# DE CERATIS.

### CERATVM AMMONIACVM.

℞ Ammoniaci diſſoluti in aceto vnciam vnam.
Vng: Dialthęæ,
Empl: de Meliloto, ana ſemunciam.
Furfuris Frumenti optimi cribrati vnciam.
Pulu: radic: Bryoniæ ſicc:
Ireos ſicc: ana ſemvnciam.
Pingued: Anatis,
Anſeris,
Gallinæ, ana drachmas tres.
Olei Irini ſeſquivnciam.
Bulliant leuiter in mucilaginibus
Sem: Lini,
Fœnugræci, ana q. ſ.
Adde Ceræ vncias quatuor.
Fiat Ceratum ſ. a.

### CERATVM DE GALBANO.

℞ Galbani præparati vnciam vnā ſemis.
Aſæ fœtidæ vnciam dimidiam.
Sem: Dauci ſcrupulum vnum.
Myrrhæ rubeæ drachmas duas.
Bdellij drachmam vnam.
Matricariæ,
Artemiſiæ, ana drachmam dimidiam.
Gummi diſſoluantur in aceto, & fiat Ceratum ſ. a.

### CERATVM OESYPATVM *GALENI*.

℞ Oeſypi vncias decem.
Olei Chamæmelini,
Irini, ana librā dimidiam.
Ceræ flauæ libras duas.
Reſinæ libram vnam.
Maſtiches,
Terebinthinæ, ana vnciam vnam.
Spicæ Nardi drachmas duas ſemis.
Croci drachmam vnam ſemis.
Ammoniaci vnciam unam.
Styracis Calamitæ vnciam dimidiam.
fiat Ceratum ſ. a.

### CERATVM SANTALINVM *MES*.

℞ Roſarum drachmas duodecim.
Santali rubri drachmas decem.

Santali

Santali albi,
citrini, ana drachmas ſex.
Boli Armeni drachmas ſeptem.
Spodij ex Ebore drachmas quatuor.
Camphoræ drachmas duas.
Ceræ albæ lotæ drachmas triginta.
Olei Roſacei vncias ſex.
fiat Ceratum ſ. a.

## CERATVM STOMACHICVM, *GALENI.*

℞ Roſarum rubrarum,
Maſtiches, ana drachmas viginti.
Fol: Abſinthij ſicc: drachmas quindecim,
Spicæ Nardi drachmas decem.
Ceræ mundæ vncias quatuor.
Aquæ Roſaceæ q. ſ.
Olei Roſati librā vnam ſemis.
& ſic Vnguenti inſtar liqueſcit & fluit ad extrema.

Sed ſi Ceratum velis,

℞ Olei Roſati vncias octo.
Ceræ vncias quatuordecim.
Pulueres vt ſupra (præter Maſtichem quæ liquatur Oleo Roſato.)

## EMPLASTRVM à NOSTRATIBVS FLOS VNGVENTORVM DICTVM.

℞ Reſinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ,
Seui ouini, ana librā dimidiam.
Olibani vncias quatuor.
Terebinthinæ vncias duas ſemis.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana vnciam vnam.
Caphuræ drachmas duas.
Vini albi libram dimidiam.
Coque ſimul in formam Cerati.

OLEA

# OLEA CHYMICA.

## OLEA EX HERBIS.

### OLEVM ABSINTHII.

℞ Abſinthij ſicci libram vnam.
Aquæ fontanæ libras viginti.
Macerentur per horas viginti quatuor, & fiat deſtillatio per Alembicum magnum cum ſuo Refrigeratorio. Oleum cum aqua extrahes, quod ſeparabis per infundibulum. Aqua, quæ exſtillârit, ab Oleo ſeparata ſeruetur ad nouam diſtillationem.

Eodem modo parantur,

Olea Ex floribus Chamæmeli,
Chelidonij,
Hyſsopi,
Lauendulæ,
Maioranæ,
Menthæ,
Naſturtij,
Origani,
Pulegij,
Roſarum,
Roriſmarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Saluiæ,
Satureiæ,
Thymi,
Verbaſci,
Et ex omnibus alijs floribus, & herbis calidis.

## OLEA EX SEMINIBVS.

### OLEVM SEM: ANETHI.

℞ Semin: Anethi contuſorum libras duas.

Aquæ fontanæ libras ſedecim.

Macerentur per viginti quatuor horas, deinde diſtillentur per Alembicum magnum cum ſuo refrigeratorio, extrahes Oleum, & aquam, quod ſeparabis per infundibulum.

Eodem modo paratur,

Oleum ex Seminibus
- Aniſi,
- Carui,
- Cymini,
- Dauci,
- Fœniculi,
- Frumenti,
- Petroſelini,
- Rutæ,
- Saxifragiæ, &c.

## OLEA EX BACCIS.

### OLEVM EX BACCIS IVNIPERI.

℞ Baccarum Iuniperi recentium libras quinquaginta.

Contunde & pone in vaſe ligneo cum aquæ libris viginti quatuor. Addendo fermenti acrioris libram vnam : ſtent in Cellario, benè clauſo vaſe, per tres menſes : deinde diſtillentur per Alembicum cum conuenienti quantitate aquæ, poſt ſeparationem Olei, reſerua aquam, ad aliam diſtillationem.

Eodem modo fit,

Oleum ex Baccis
- Hederæ,
- Lauri,

## OLEA EX AROMATIBVS.

### OLEVM CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi libras quinque.

Aquæ fontanæ libras quinquaginta.

Macerentur per horas viginti quatuor, & diſtillentur per Alembicum magnum cum refrigeratorio.

Eodem modo paratur

Oleum
- Caryophyllorum,
- Macis,
- Nucis Moſchatæ,
- Piperis,

## OLEA EX CORTICIBVS.

Olea ex Corticibus ſiccis,
- Aurantiorum,
- Citri,
- Limonum,

Parantur eodem modo, quo Olea ex Herbis.

EX

## EX LIGNIS.

### OLEVM EX GVAIACO.

Oleum ex ligno Guaiaco fit per retortam in reuerberatorio clauſo: ſeparatur tenuior & ſuauior pars à fœtidiore, craſſiore; & rectificetur cũ Sale, vel Tartaro calcinato, vel Colcothare, vel arena. Eodem modo fit Oleum è Buxo, Quercu, & alijs lignis ſolidioribus.

### EX LIGNO SASSAFRAS.

Oleum Saſſafras fit ſicut Oleum Cinnamomi: Et ſic fit
Oleum ex Ligno Rhodio,
Iuniperi,
Roriſmarini,
Hederæ.

## OLEA EX FVSILIBVS.

### OLEVM CERÆ.

℞ Ceræ flauæ libram vnam.
Liqua, & adde pulueris Tegularum libras tres.
Miſce, & pone in retortam, & extrahe Oleum igne conuenienti, rectificetur per retortam ſine tegulis, additâ aquâ: Conueniens ignis eſt, qui primò extruitur ſupra retortã, vſque dum exibilare deſierit, dein infra retortam. Et hoc modo parantur,
Olea ex Pinguedinibus.

## OLEA EX GVMMIS ET RESINIS.

### OLEVM MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contuſæ libras ſex.
Aquæ fontanæ libras triginta.
Salis nigri libras ſex.
Miſceantur, & diſtillentur per Alembicum.

### OLEVM TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ libras viginti octo.
Aquæ communis libras nonaginta ſex.
Imponantur in vas cupreum amplum cum ſuo cooperculo, & refrigeratorio: ſic exſtilletur Oleum tenue, & album, & in fundo reſtabit Colophonia, ſi ignis augeatur. Oleum iſtud album, inſtar aquæ, commodè extrahetur ſine empyreumate in B.M. in vaſe vitreo; ſi vero flauum & rubrum velis, opus eſt validiori igne, vt cinerum aut arenæ ſine aqua in vaſe vitreo.

## OLEVM BALSAMI
Pet: Apon: Concil:

℞ Myrrhæ,
Aloes,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opopanacis,
Carpobalſami, vel Cubebarũ,
Bdellij,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Maſtiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ, ana drachmas duas.
Ladani,
Caſtorei, ana drachmas duas ſemis.
Moſchi ſemidrachmam.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Terenda terantur, miſceantur omnia, & diſtillentur in Alembico ſecundùm artem.

## OLEVM THVRIS.

℞ Thuris q. ſ. pone in retortam: extrahe Oleum igne conuenienti: pòſt rectificetur per ſe, vel addito ſale, vel arenâ.

Eodem modo fiunt,

Olea { Ammoniaci, Benioini, Carannæ, Gagatis, Maſtiches, Opopanacis, Sagapeni, Styracis liquidæ, Tacamahaccæ, &c.

## OLEA EX MINERALIBVS, ET LAPIDOSIS.

## OLEVM ANTIMONII.

℞ Antimonij crudi, Mercurij ſublimati, ana libram vnam.

Fiat puluis indendus retortæ vitreæ, cuius collum ſit latum, detur ignis per gradus in reuerberatorio clauſo. Stillabit in vas recipiens pinguedo, cuius pars collo retortæ adhærens ſuppoſitó leui igne liquetur. Iſta pinguedo in Alembico paruo rectificetur, vel in retortula, & ſeruetur hoc coagulum; quod ſi liquidum velis, phiala aperta relinquatur in cella, abibit in aquam ſiue oleum diligenter aſſeruandum vaſe probè obturato.

OLEVM

## OLEVM ARSENICI.

Cryſtallinum Arſenicum (priùs ſublimatũ cum ſolo Colcothare) commiſce cum æquali pondere Salis Tartari, & Salis Petræ: & inter vrceolos duos (quorum ſuperior ſit perforatus) calcinentur, vſq; dum nullus fumus aſcenderit. Materiam ſic calcinatam in aqua calida ſolues, vt inde Salem extrahere poſſis; pulverem, qui ſubſiderit, imbibe liquore Tartari, & exicca ad ignem; idque ter facias. Rurſus materiam in calida diſſolue, vt Salem eximas; & remanebit puluis candidiſſimus, & fixus; qui in loco humido ſoluetur in Oleum pingue butyri inſtar.

## OLEVM SALIS.

℞ Salis nigri Gallici (calore Solis, non vi ignis, facti) quantum vis.

Exiccetur ſupra ignem, cui adde

Terræ luteæ calcinatæ tantundem.

Contundantur ſimul in Mortario, priuſquam penitus refrixerint, deinde impleatur retorta cum collo longiori, benè lutata, & ponatur in fornace anemia, cum recipiente capaci benè lutato cum argilla temperata: ignem auge per gradus, & intra duodecim vel quatuordecim horas habebis oleum in recipiente: vbi fornax refrixerit, & fumi probè ſedati fuerint, effunde oleum; & ſeruetur in vaſe optimè clauſo, ne aeris vim ſentiat: Et rectificetur à phlegmate.

Melius parabitur Oleum Salis, ſi Sal fuſus diſſoluatur in aqua pluuia, atque ex his paretur muria, quæ ſupernatans ouũ ſuſtineat, deinde Laterum candentium fruſtula in iſta muria extinguantur, donec ſalſus liquor planè abſorbeatur, terantur lateres craſſiuſculè; indatur puluis retortæ luto exactiſſimè obductæ tenaci, & detur ignis apertus ad ſummum gradum vſq; & rectificetur à phlegmate.

## OLEVM SVCCINI.

℞ Succini flaui vncias duodecim,

Fiat puluis cui in phiala ampla vel retorta affunde tantundem aceti vini albi acerrimi, digerantur in fimo per octiduum, mox addito arenæ ſicciſſimæ vel ſilicum fluuiatilium in puluerem tritorum duplo, per retortam fiat diſtillatio in arena ſubdito igne per gradus.

Oleum rectificetur ex arena, vel Sale, vel Tartaro calcinato ſemel, & tandem cum aqua pluuia.

OLEVM

## OLEVM SVLPHVRIS.

℞ Campanam vitream ſexdecim ad minus librarum capacem (quò enim largior, eò melior) ponatur ſupra metretam terream, cum tribus, vel quatuor ſuſtentaculis, quibus campana commodè aptari poterit; deinde impoſitâ Sulphuris quantitate ſufficienti in ollam terream ſic munitam, vt poſſit ignis vim ſuſtinere, vratur Sulphur ſub campana, ſuperinijciendo nouum Sulphur, vbi prius conſumptum fuerit; fiat autem hæc operatio in cœlo & loco obſcuro, cum nec venti vigent, nec Sol ſplendet.

Maior habetur Olei quantitas, ſi vas Sulphur continens fornaculæ imponatur ſubdito igne, ita vt Sulphur perpetuò ſit in fuſione. Quidam tigillis Sulphur continentibus, ad fundum vſque indunt ellychnia Sulphure fuſo imbuta, quibus accenſis flamma non extinguitur.

Paretur autem loco ſubterraneo, vt in cella, vdo & pluuio cœlo.

Antequam Sulphur accenſum campanæ ſupponatur, ſuffumigetur campana fumo Saluiæ.

## OLEVM TARTARI.

℞ Tartari q. v. imponatur in retortam amplam, eâ proportione vt tertia pars vaſis impleatur: diſtilletur in arena igne forti, pòſt (ſeparato priùs Oleo ab Aqua ſiue ſpiritu Tartari) cum multa aqua rectificetur, cuius fœtor aliquatenus corrigetur, ſi in vaſe aperto ſub dio diù relinquatur, præſertim ad Solem: Quoniam tamen Salis diſſoluti liquor vulgò proſtat, pro Oleo Tartari ità paretur.

## LIQVOR TARTARI, vulgò OLEVM TARTARI dictum.

℞ Tartari vini albi q. ſ. imple propemodum eo vas terreum non vitratum, in fornace anemia calcinetur per horas duodecim, vbi refrixerit, ponatur in Manicam Hippocratis, quæ ſuſpendatur in cella humidiori vt diſſoluatur, ſuppoſito recipiente conuenienti. Reſiduum quod manicæ poſt ſolutionem adhæſerit, diſſoluatur in aqua communi, deinde filtretur, poſteaque euaporetur, quoad incipiat aſſimilari Alumini.

## OLEVM VITRIOLI.

℞ Vitrioli Vngarici, vel etiam Anglici optimi q. v. liquetur in cacabo, mox diuidatur in craſſiora fruſta, quæ impoſita prunis vrantur

tur ad flauum vſque colorem ad rubedinem aliquantulùm accedentem. Fiat Puluis irrorandus optimo ſpiritu vini, ponatur in retortas Wallemburgicas, vel ſimiles fictiles ignis patientes, & detur ignis per gradus ad ſummum vſque, per triduum, donec recipientia, quæ antea tumultuantibus fumis obſcurabantur, clara euadant. Liquor ſtillatitius rectificetur; & ſeparentur abinuicem, Vini ſpiritus, Vitrioli ſpiritus acidulus, & validiſſimum ac valdè ponderoſum Oleum.

# PRAEPARATIONES CHYMICÆ MAGIS VSVALES.

## CHALYBS PRÆPARATVS PER INSOLATIONEM.

℞ Chalybem per magnetem à ſordibus repurgatum: humectetur toties aceto vini albi acerrimo, & ſiccetur ad Solem, donec poſſit in porphyrite teri in puluerem impalpabilem, affuſâ paucâ aquâ Cinnamomi. Sufficiet autem duodecies irrorare, & ſiccare, mox in mortario ferreo terere, tandem læuigare, & ſeruetur ad vſum.

## CHALYBS PRÆPARATVS PER VSTIONEM.

℞ Chalybem (vt ſuprà) mundatũ: extinguatur candens duodecies in aceto albo acerrimo, & toties in vino Canarino aut Maluatico generoſiſſimo, ſiccetur, & (vt ſupra) tritus in porphyrite cum aqua Cinnamomi læuigetur, & ſeruetur ad vſum.

## CREMOR SIVE SAL TARTARI.

℞ Tartari vini albi, aut Rhenani quantum volueris, teratur ſubtiliſſimè, & tranſmittatur per ſetaceum, puluis abluatur ter quaterue aqua frigida ad eluendas ſordes, deinde bulliat in aqua fontis clara, in ampla patina, vel olla fictili vitreata, lento ſaltem fremitu; ſpuma prima tollatur.

tollatur. Cruſtæ autem ſupernatantes, quæ ſucceſſiuè concreſcent in aquę ſuperficie, poſtquàm totam ſuperficiem occupauerint, colligantur cochleari ligneo perforato, & extendantur in charta bibula. Abluantur denuò aquâ frigidâ, ſiccentur optimè, & in porphyrite læuigentur in Alkool. Seruetur Puluis in ampulla vitrea; & nullum attingat metallum.

## CROCVS MARTIS.

℞ Laminas ferri vel Chalybis, quæ candentes ac ſcintillantes condantur Magdaleone, vel fruſto magno Sulphuris, ſubiectâ pelui aquæ plenâ, fluet inſtar ceræ ferrum, quod à ſulphure ſeparatum teratur in mortario ferreo in puluerem ſubtiliſſimum. Extendatur puluis in quadratis conchis fictilibus, quæ tranſuerſum digitum altitudine non ſuperent: Pone ad flammā reuerberij, quæ valido flamine materiam lambat per tres vel quatuor dies; commodiſſimè id fiet in fornace vitrariorum; Materia inſtar ſpongiæ eleuabitur rubicundiſſima, cuius ſuperficies inſtrumento ferreo lato colligatur, reliquum (vt ſupra) ignis flammâ vrgeatur, donec totum ferrum ſit conuerſum in pollinem tenuiſſimum, inſtar farinæ volatilis. Poterit etiam parari ex limatura ferri in igne reuerberij ſine Sulphure.

## CROCVS METALLORVM.

℞ Antimonij per longas venas ſcintillantis, Salis petræ puriſſimi, ana partes æquales, reducantur in puluerem ſeorſim, mox commiſceantur; Ponantur in mortarium æneum ferreumue, mox iniectâ prunâ materia incendatur, quæ cum fragore & ſtrepitu exuretur; ſuperponatur (relicto tamen trium digitorum interuallo) tegula, aut patella ferrea, donec ſtridor ceſſauerit: Materia Metallina inſtar vitri fuſi fuſcè rubens ſeparetur à cruſta albicante, & ſeruetur ad vſum: deinde dulcoretur aquâ ſimplici deſtillatâ ter affuſâ.

## FLORES SVLPHVRIS.

℞ Sulphuris flaui, quod, ſi manibus contrectetur ſtringendo, auribus admotum crepitat, quantum volueris: teratur cum p. æ. Colcotharis Vitrioli, ex Olei deſtillatione reſidui: ponantur

nantur in bocciam oblongam, ſeu veſicam fictilem, ſuperpoſito capitello vitreo ſatis amplo, atque in arena dato igne per gradus, pellantur flores in Alembicum, pede leporino deturbandi.

Subtiliores euadent, ſi denuò cum eadem Colcotharis noui quantitate ſublimentur.

## LAPIS INFERNALIS, SEPTICVS.

℞ Lixiuium, è quo Sapo niger coquitur: id ſartagine exceptum, in lapidem vrito. Caueas tamen, ne omnis liquor abſumatur & areſcat. Cum refrixerit, in formã teſſerarũ ſcinditur, & vitro rectè obturato ſeruatur.

Aliter,

℞ Vitrioli ad rubedinem calcinati vncias duas.
Salis Ammoniaci vnciã vnam.
Tartari ad albedinem calcinati,
Calcis viuæ, ana vncias tres.

Tritis affundatur Lixiuium Ficulneum, vel Tithymallinum, vel Saponis, ſæpiúſque tranſcoletur, donec materia tota ferè diſſoluatur. Colatura coquatur in vaſe æneo ad liquoris conſumptionem: quod relinquitur ſeruatur in vitro ad vſum.

## LAPIS PRVNELLÆ, ſeu NITRVM SVLPHVRE PVRGATVM.

℞ Salis petræ puriſſimi, & in ſtirias Cryſtallinas coagulati libram vnam. Ponatur in crucibulum, vndique admotis & ſuppoſitis prunis, non accendetur, ſed fluet inſtar metalli: huic fuſo, per fruſtula (inſtar minorum auellanarum) injciantur vnciæ duæ flor: Sulphuris: quod poſtquam conſumptum fuerit, nitrum inſtar aquæ fluidum effundatur in peluim æneam, & poſtquàm concreuerit, ſeruetur in vaſe vitreo probè clauſo, ne ſubeat aer, cuius appulſu diſſoluitur.

## MAGISTERIVM PERLARVM ET CORALLIORVM, IN QVO ETIAM SALES EORVM CONTINENTVR.

℞ Perlarum, vel Coralliorũ, quantum volueris, terantur, & læuigentur in puluerem ſubtiliſſimum; Pulueri affundatur ea quantitas ſpiritus aceti radicati, quæ ſupernatet tribus digitis vel quatuor, fiat digeſtio in

 cineribus,

cineribus, donec fiat diſsolutio; Ceſsâte ebullitione decantetur liquor à corpore, & nouus affundatur ad omnimodam vſq; diſsolutionem. Liquor traijciatur per chartam emporeticam, huic colato affundatur paulatim Oleum Tartari, ex ſale per deliquium paratum. Præcipitabitur puluis albus, per inclinationem à diſsoluente ſeparandus, & ad dulcedinem, ſeu inſipiditatem aquâ pluuiâ, tandē aquis cardiacis abluendus.

Acetum radicatum fit, ſi aceti ſpiritus ex ſale marino decrepitato eleuetur in arena.

## MERCVRIVS DVLCIS.

℞ Sublimati, præparati cum Sale & Vitriolo, vncias duas, Mercurij crudi, purificati cum Sale & Aceto & triti in marmore, ſeſquivnciam. Teratur Sublimatum in puluerem tenuiſſimum, quem crudo pòſt exactè admiſcebis, eodem in marmore. His ità mixtis, puluerem impone phialæ pedalis longitudinis. Locetur phiala (goſsypio obturata) ad eius medietatem in arena: tum primùm adde ignem lentum; dein paulatim prunis accenſis, per gradus ignis augeatur, per ſex horas. Quod ſublimatum aſcenderit in regionem mediam, id colligatur: quod in ſupremam, venenatæ admodùm eſt qualitatis, vlceribus ſolummodò externis aptum: quod reſidet in ima vaſis parte, nulli eſt vſui. In medio quod ſublimatum ſi dulce ſine acrimoniâ, res rectè habet: ſin minùs, ſecundò opus iteretur; Mercurius (vt anteà) iterum ſublimetur, vt viuum crudum aſcendentem ſepares, & ſic deinceps. Nam quò ſæpiùs reiteratur opus, eò perfectius euadit medicamentum.

## MERCVRIVS VITÆ.

℞ Oleum Antimonij ex eius & Mercurij ſublimati æquis partibus deſtillatum in pinguedinem ad aerem in aperto vaſe, diſſolubilem. Proijciatur in aquā puriſſimā, quæ ilicò lactea euadet, atque præcipitabitur puluis niueus multiplici ablutione aquę pluuię tepentis dulcorandus, & ſeruandus ad vſum

## SACCHARVM SATVRNI.

℞ Minij quantum volueris cui in phiala affunde tantum aceti diſtillati (ſpiritus videlicet ab omni phlegmate ſeparati) quantum ſatis, vt ſupernatet

quatuor

quatuor digitis: fiat digeſtio in B. vel fimo per horas viginti quatuor: ſepara acetum dulce, nouumque affunde toties, donec nulla dulcedo ampliùs extrahatur. Liquores omnes mixtos in vaſe fictili lapideo non poroſo, quod ignem ferre valeat: impone igni lento, & fiat exhalatio donec in ſuperficie concreſcat pellicula. Vas relinquatur in cella, & qui congelabunrur Cryſtalli à reſiduo liquore ſeparentur. Liquor iterum exhalet ad pelliculam, & fiat vt ſuprà, donec nulli ampliùs Cryſtalli concreſcant. Tandem fiat diſſolutio in aqua pluuia diſtillata, filtratio & coagulatio Sacchari Cryſtallini dulciſſimi.

## SAL VITRIOLI.

℞ Vitrioli Vngarici, vel Anglici quantum volueris: ponatur in Crucibulum amplum circumpoſito igne, donec fiat puluis violaceus, ſiue obſcurè purpureus. Calx iſta Vitrioli per partes proijciatur in phialam amplam vitream, in qua ſit aqua communis deſtillata, continuò agitando baculo, donec aqua, quæ primò valdè incaleſcit, denuò refrigeſcat. Sinantur omnia per horas viginti quatuor; filtretur liquor per chartam griſeam bibulam: tandem in ſcutella vitrea fiat exhalatio ad ſiccitatem, & ſeruetur Sal roſei ſeu carnei coloris.

*Item* Vitriolum album diſſoluatur in aqua diſtillata, diſſolutio agatur per filtrum chartaceum, & vel cryſtallizetur vt Plumbi Saccharum, vel per omnimodam exhalationem reducatur in Salem album, ſeu Vitriolum depuratum.

## TVRBITH MINERALE.

℞ Mercurij crudi puriſſimi, Olei Vitrioli ab omni phlegmate ſeparati, ana partes æquales: ponantur in phialam, quæ imponatur primò cineribus calidis; deinde pedetentim ipſis prunis, dato igne per gradus, donec totum Vitrioli Oleum abierit in auras, reſtante in fundo vaſis maſsâ albâ, quæ ſeparata à portiuncula Mercurij crudi, proijciatur in aquam diſtillatã, vel pluuiam. Ilicò flaueſcit, abluatur ſæpiùs aquâ tepidâ ad dulcedinem, mox etiam aquis cardiacis, & ſiccetur.

## VITRVM ANTIMONII.

℞ Antimonij ſplendidi & ſcintillantis quantumvolueris:tritum ſubtiliſſimè conijciatur in vas ſictile amplum, & ſuccenſis carbonibus vrgeatur ſub dio continuò agitando rudiculâ ferreâ, donec in glebas concreſcat : tunc iterum teratur in puluerem, fiatque vt ſuprà, donec concreſcat iterum, & tamdiu iteretur labor, donec ſplendor omnis euanuerit, vapor nullus eleuetur, & Stibium ſit inſtar cineris albicantis : nullumque edat fumum, puluis in laminâ candentem proiectus.

℞ Huius calcis libram ſemiſſem. Boracis, ſeu Chryſocollæ factitiæ ſemunciam : vel accipe Calcis Antimonij vncias tres, Salis gemmæ ſemidrachmam. ponantur in fictile vas fuſoriū aurifabrorum, crucibulum dictum, quod tegulâ tectum igni validiſſimo exponatur, donec materia fluat inſtar aquæ : proijciatur in peluim tonſoris, & vitrum hyacinthinum reſeruetur.

## TARTARVM VITRIOLATVM.

℞ Liquoris Tartari (vt priùs) præparati vncias quatuor. Olei Vitrioli optimè rectificati vncias duas; illudque guttatim ſuprà Tartari liquorem in vitro capaci inſtilla : ſic fiet coagulum albiſſimum; humiditas ſupernatans euocetur lento calore ad ſiccitatem Salis : & ſeruetur ad vſum.

## NEPENTHES OPIATVM.

℞ Tincturæ Opij cum aceto diſtillato primò, deinde cum ſpiritu vini paratæ. Extracti Croci per Vini ſpiritum, ana unciam vnam.
Salis Perlarum & Coralliorum, ana vnciam dimidiam.
Tincturæ Specierum Diambræ drachmas ſeptem.
Ambræ griſeæ drachmā vnam.
Miſce, Coagula ad form. pilul. lento balnei calore.

EXTRAC-

# EXTRACTORVM CONFICIENDORVM RATIO.

QVoniam multi Extractorum laudes mirificè prædicant, licèt illa effectui, vti continua exploratum habemus experientia, minimè reſpondeant, ne aliorum votis penitùs deeſſe videamur, hîc generalem ipſorum conficiendorum modum & rationem ſubiungere, potiùs, quàm futilem & invtilem hinc inde deſumptam Receptorum farraginem congerere, & rudioribus vana oſtentatione imponere, viſum eſt.

℞ Maſſæ cuiuſuis pilularum, ſiue ſpecierum, puluerumue quorumlibet, quantum vis: infundantur iſta, ſiue iſtorum quodlibet, in aquæ ſtillatitiæ intentioni Medici præſcribentis accommodatæ, quantitate ſufficienti: ſtent in calore balnei biduò, aut ſi duriora fuerint triduò, donec omnis materiæ infuſæ tinctura extrahatur: quòd ſi experiri placuerit, ſitne tota educta, primus liquor per manicam Hippocratis tranſeat, aut chartam emporeticam; affundatur reliquijs liquor nouus, rurſus digerendo vt priùs, quo tincto, procedendum eſt vt anteà. Liquores ſic collecti, modò tincti, in balneo M. poſiti lento calore evocentur; materia in fundo ad mellis conſiſtentiam redacta, reſeruetur ad vſum: vt diuturniore tempore

maneat humecta. Salis proprij aut alterius idonei momentum adijcere convenit : videlicet cuilibet vnciæ extracti ſcrupulos dùos vel drachmam dimidiam Salis.

Aquis ſtillatitijs addi ſolet, Olei Vitrioli, aut Sulphuris, liquoriſue cuiuſuis acidi vt Olei Salis, ea quantitas, quæ guſtui non futura eſt ingrata, vt altiùs & expeditiùs in partes rerum ſolidarum durarumque intimas penetret, & effrænem medicamenti purgantis vim operationemque retundat : his intentionibus Vini ſpiritus abundè ſatisfacit, ſed eius tum potiſſimùm vſus eſt, cum medicamentorum cordialium humidum radicale & primigenium deſideramus, vel medicamenta purgantia fortiora, vel opiata, præparare volumus.

# SALIVM

# SALIVM EX OMNI GENERE VEGETABILIVM CONFICIENDORVM MODVS.

QVI ex plantis elicitur, ſal duplex eſt: vnus volatilis, qui ignis violentia facillimè diſcutitur & evaneſcit, (quem & eſſentialem vocant) alius fixus, qui ignis intenſiorem gradum ſuſtinet, & in cineribus relinquitur.

## MODVS CONFICIENDI SALIS VOLATILIS SIVE ESSENTIALIS.

Sal volatilis ſic paratur,

℞ Plantæ alicuius convenientis, recentis, & ſucculentæ amplam ſatis quantitatem; contunde in mortario ligneo vel lapideo, & affuſâ aquâ pluviali depuratâ, vel fontanâ clarâ, multâ, coquatur ad medietatis conſumptionem. Decoctum exprime fortiter, & cola. Colaturam iterum coque vſque ad ſpiſſitudinem mellis liquidi. Quod reliquum eſt decocti, ponatur in vaſe vitreo vel fictili vitreato in locum frigidum per octiduum ſaltem, & ſal cryſtallinus concreſcet, in modum ſalis gemmæ. Effuſo decocto colligitur, & propriâ aquâ abluitur, & ſiccatur. Hoc modo conficitur

citur Sal ex Abſinthio, Carduo benedicto, Artemiſiâ, & ex alijs etiam herbis amarulentis facillimè; ex dulcioribus autem non item, vel cum ſummâ difficultate.

## MODVS CONFICIENDI SALIS FIXI SIVE ELEMENTALIS.

Salis huius præparandi ratio his quatuor conſtat,

Calcinatione,
Solutione,
Filtratione,
Coagulatione,

Vt ritè igitur conficiatur, primò omnium cineres albi calcinatione procurandi ſunt; vbi tamen cautio ſit, ne nimiâ combuſtione vel in vitrum abeant, vel avolet ſubtilior pars ſalis, quod ſæpè accidit in calcinatione Cochleariæ, & aliarum etiam eiuſdem naturæ plantarum. Deinde ex cineribus (affuſâ aquâ clarâ, purâ, ebulliente, donec omnis ſalſedo extracta fuerit) lixiuium fiat. Lixiuium filtra, & in vaſe fictili ad carbones lento igne coque vt aqua exhalet, & ſal relinquatur, cui depuratio vlterior neceſsaria eſt: ſoluatur igitur denuò, filtretur & demùm coaguletur: repetitâ enim, & crebrâ filtratione, ac ſolutione ſal omnem impuritatem deponit, ac planè albus ac mundus euadit: & hic modus generalis eſt. Sic enim parantur ſales ex herbis, fruticibus, & arborum cuiuſcunque generis particulis in cineres albos redactis, quod verum etiam eſt de partibus animalium calcinatis, & aliquibus etiam lapidibus: ſed hæc obiter. Inter ſales fixos excellunt, Sal Abſinthij, Thymi, Roriſmarini, Centaurij minoris, Artemiſiæ, Cardui benedicti, Imperatoriæ, Petroſelini, Ononidis, Fraxini, Ebuli, Guaiaci, Buxi, Chamæmeli, Hyperici, Cichorij, Chelidoniæ, Cochleariæ, Betonicæ, Eupatorij, Meliſsæ, Cetrach, &c.

# PONDERA.

# PONDERA.

GRanum intelligimus ſignatum illud noſtrorum nummariorum, quorum viginti ſcrupulum conſtituunt,
Scrupuli tres drachmam,
Drachmæ octo vnciam,
Vnciæ duodecim libram.

Granum cuius ſignum gr. j.
Scrupulus cuius ſignum ℈. obulos du
Drachma cuius ſignum ʒ.
Vncia cuius ſignum ℥.
Libra cuius ſignum lib.
Obulus cuius ſignum ℈ ß: vel gr:

# MENSVRAE.

MEnſuras apud nos vſitatiſſimas hîc paucis ſubiecimus: reliquas minùs vſitatas, ideoque magis inutiles, conſultò omiſimus.

Cochleare noſtrum in Syrupis continet vnciam dimidiam; in Aquis diſtillatis drachmas tres;
Cyathus vnciam vnam ſemis;
Hemina (quam Cotylam appellant) vncias nouem;
Libra vncias duodecim;
Sextarius vncias octodecim; lib: j ß
Congius Sextarios ſex. lib: 9
Amphora
Phiola

## VNGVENTVM HÆMORRHOIDALE SAXONIÆ,

reſtitutum non ſuo loco, quo ſubſtitutum id Norimb: pag. 154.

℞ Mucilag: è ſemin: Pſyllij,
Cydoniorũ,
extractæ aquâ Solani, ana ſemunciam.
Olei Roſacei completi vnciã.
Vitellum vnius Oui.
Agitentur ſimul in mortario plumbeo, piſtillo plumbeo, addendo Ceræ liquatæ parum.
Miſce, fiat Vnguentum ſ. a.

Add: pag. 178.

## VIGONIS OXYCROCEVM

(in quo nil Croci) præſtantius
*NOR: AVG.*

℞ Ol: Myrtini,
Roſacei,
Omphacini, ana ſeſquilibrã.
Succi Rad: Althçæ, libras duas.
Rad: & fol: Fraxini,
Conſolidæ minoris,
Fol: Myrti, ana manipulum.
Omnia priùs aliquantulum contuſa bulliant in Vino nigro, q. ſ. ad conſumptionem medietatis, cum
Myrrhæ,
Thuris, ana ſemunciâ.
Colentur inde fortiter: addantur colaturæ
Seui Hircini ſelibra,
Terebinthinæ vnciæ duæ,
Maſtiches vncia.
Iterum cum prædictis Oleis bulliant, ad conſumptionem decoctionis. Colentur poſtmodùm addendo
Lithargyri Auri,
Argenti, ana vncias tres.
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, ana vncias duas.
Minij drachmas decem.
Coquantur igne lento, & cum Cera noua ſufficiente, ſemper agitando, fiat Emplaſtrum.

MEDI-

# MEDICAMENTORVM QVORVNDAM PRÆPARATIONES PHARMACOPOEIS APPRIME NECESSARIÆ.

## ÆRIS VSTIO. *AVG.*

ÆRis bracteæ in fictile immittantur, interpoſito inter ſingulas lamellas Salis communis, aut Sulphuris puluere, atque ſic ſtratum ſuper ſtratum paretur, quod igne vratur ad ſufficientiam; cinis relictus aquâ calidâ ſæpiùs affuſâ dulcoretur, qui rubicans euadit à Sale vel nitro, Niger ſi per Sulphur præparetur.

## ALOEN ABLVENDI MODVS.

℞ ALoes ſubtiliter tritæ q. v. imponatur in ollam vitreatam cum aquæ bullientis quantitate ſufficienti, vt duobus aut tribus digitis ſupernatet aqua, ſpatulâ agitando, vt partes Aloes puriores aquæ commiſceantur, quâ effuſâ alia aqua ſuperinijciatur calida, & ſimiliter agitetur & effundatur, vt ſordes parteſque impuriores ſegregari poſſint, puriſſimæ autem aquæ ſimul collectæ, euaporatione humiditatis redigantur in Maſſam vſui aſſeruandam.

## ANTISPODII PRÆPARATIO.

℞ EBoris electi, ſecti fruſta haud parua q. v. comburantur in olla vel patina aperta in fornace figulina, donec penitùs albeſcant; quæ poſteà, ſi placet, ſubtiliſſimè trita lauentur aquâ

 Roſaceâ,

Roſaceâ, & denuò ſiccata abluantur eâdem, & tertiò, cum Camphoræ drach: quatuor, tum læuigata in marmore formentur in Trochiſcos vſui aſſeruandos.

Simili modo ex cornu Cerui fieri poteſt.

## BOLI ARMENI PRÆPARATIO.

HVius præparatio à multis Aquâ Roſaceâ perficitur, ab alijs verò Aceto, à nonnullis cum Vino; Bolum autem læuigatum ſoluunt toties; dum ſordes & arenulæ auferantur, dein ſiccatus in aere vel Sole, tectus reponitur.

succo Limonū

## BRYONIÆ FOECVLA.

℞ RAdicum Bryoniæ q. v. cultello abradantur, & ſuccus prælo forti exprimatur, qui in vaſculis ſine motu detentus poſt paucas horas, fœces albiſſimas inſtar Amyli deponet, aquâ turbidâ ſupernatante, quâ per inclinationem ſeparatâ, fœces deſiccentur in vitreatis vaſculis.

## BVTYRVM MAIALE.

℞ BVtyrum recens ſine ſale ſub menſis Maij medio vel circa finem collectum, imponatur in vas terreum vitreatum latum, & in Sole collocetur, vt vndiquaque liquetur: quod optimè liquatum, dum Sol eſt feruentiſſimus, tranſcoletur per pannum lineum ſpiſſum, & non exprimatur; quod denuò Soli expoſitum; & tandem album factum rurſus coletur, & reſeruetur per totum annum.

## CALCIS VIVÆ ABLVTIO.

TRita Calx in catino copioſâ aquâ dulci miſcetur, potiſſimùm tempore Canicularium, & multum agitatur, cumque in fundo reſederit, mutatur aqua, ac commiſcetur denuò, atq; id repetitur ſepties vel octies, ſingulis vicibus per filtrum colando: tandem Roſacea affunditur, & Calx ſiccata aſſeruatur.

## CANCRORVM FLVVIATILIVM VSTIO.

CAncri fluuiatiles viui aſſentur in ænea patella ad ignem temperatum

peratum (haud vehementem) poſitâ, donec in tenuiſſimum pnluerem redigi queant: dein pulueriſentur, & puluis recondatur in pyxide munda, & ſeruetur in loco ſicco, & hic puluis durat per annum.

## LIMATVRÆ CHALYBIS PRÆPARATIO VULGARIS.

℞ Limaturæ Chalybis q. v. ab omni immunditie per magnetem depuratæ, deinde lauetur aquâ dulci, & protinùs exiccetur, deinde irroretur aceto vini fortiſſimo, ſæpiùs vndiquaque invertendo, exponatur, & exiccetur in vmbra, bis terve inſpergendo nouum acetum, ſicque ſtet per dies triginta, poſteà teratur in puluerem tenuiſſimũ, & ſeruetur vſui.

In Chalybe qui præparatur ad ignem cum Sulphure, obſeruandum eſt, vt niſi ſapor Vitriolatus remaneat in Chalybe poſt vſtionem, vim aperiendi amiſerit, & ſit inutilis.

## CORALLIORVM ET LAPIDVM PRETIOSORVM PRÆPARATIO.

Corallia & Lapides pretioſi, eodem modo præparentur, quo Margaritæ, folio ſequente.

## CORIANDRORVM PRÆPARATIO.

Coriandrorum ſemina acri Aceto horis viginti quatuor macerentur, deinde ſiccata recondantur. Eodem modo prȩparentur ſemina Cymini.

## ELATERII PRÆPARATIO.

℞ Cvcumerum agreſtium iam penè maturorum q. v. ſcindantur ſupino cultro, & ſuccus leuiſſimè primoribus digitis exprimatur, & traijciatur per ſetaceum tenuiſſimum, deinde reſideat dum craſſiorem depoſuerit partem, tunc tenuior ſupernatans effundatur per inclinationem in aliud vas terreum mundũ vitreatũ: reſiduũ linteo coopertũ Soli exponatur dum exaruerit, & ſeruetur ad vſum.

## RADIC: ESVLÆ PRÆPARATIO.

Cortices Eſulæ benè mundatos infunde per triduum in Aceto vini acerrimo, deinde exicentur, & ſeruentur vſui.

Eodem

Eodem modo præparantur

Folia Laureolæ,
Mezerei.
Fructus Thymeleæ, i. grani Gnidij.

## EVPHORBII PRÆPARATIO.

EVphorbium ſubtiliſſimè pulueriſatum in lapide, cum ſ. q. Olei Amygdalarum dulcium, inſtar Collyrij fricatur, & atteritur; Maſſa poſtmodùm pomo Cydonio excauato, vel Citrio inditur, paſtâque panis obuoluitur, & ſic in clibano coquitur. Euphorbium ſic præparatum vaſe vitreo benè obturato reconditur.

## GERSÆ SERPENTARIÆ FACIENDÆ MODVS.

℞ RAdicum Ari primo Vere, antequam in folia abeunt, collectarum quantum vis: abluantur & mundentur ab exteriore cortice, deinde in mortario lapideo contundantur, & ſuccus prælo extrahatur, qui linteo tectus Sole exiccetur, poſteâque aquâ Roſaceâ lauetur, rurſuſq; ſiccetur, & reponatur.

## HELLEBORI NIGRI PRÆPARATIO.

RAdices Hellebori nigri, prout apud nos habentur, demptâ ligneâ medullâ, triduo macerentur integræ in ſucco Cydoniorum, moderato calore, poſteà benè exiccatæ reponantur.

## SANGVINIS HIRCINI PRÆPARATIO.

HIrcum mediocris ætatis domi alito per menſem, illi exhibendo Pimpinellam, Apium, Petroſelinum, Maluam, Leuiſticum, & ſimilia; deinde ſanguinem eius, qui ex arterijs apertis fluxerit, excipito, & concreſcere ſinito, aqueum ichorem effunde, grumos verò ſanguinis in furno exicca. Mactandus autem eſt Hircus ſub finem æſtatis, circa dies Caniculares.

## HIRVNDINVM VSTIO. AVG.

PVlli Hirundinum ità iugulentur, vt ſanguis ſuper alas defluat: hi modico trito Sale aſpergantur, ac in nouo fictili vitreato probè obturato vrantur,

cinis

cinis reſeruetur ad vſum.

Eodem modo comburuntur Erinacei, Bufones, Ranæ, ſed ſine Sale.

## LACCÆ PRÆPARATIO.

℞ Laccæ immundæ (alioquin fruſtraneũ eſſet opus, quod ſincerum eſt lauare) parùm fractæ, non in puluerem redactæ, quantum vis, decoquatur in aqua, cui Ariſtolochia & Schœnanthos, ana p. æ. incocta; donec purior pars ſuper natet, ſordeſque in fundo ſubſederint; purior illa pars auferatur, & in Sole tecta, vel vaporario exiccetur, & ſic reſeruetur ad vſum.

## LAPIDIS LAZVLI PRÆPARATIO.

LApis Lazuli minutiſſimè confractus, aquæ inijciatur, ſæpiùs agitando, deinde vbi ſubſederit, aqua effundatur; idque toties repetatur, donec aqua pura maneat. Illud vero obſeruandum, quòd hæc præparatio ad pilulas ſatis ſit commoda; ſin verò ad Confectionem Alkermes adhibeatur, vſtione pręparari debet.

## LVMBRICORVM PRÆPARATIO.

LVmbrici fiſſi & mundati q. v. Vino toties lauentur, donec omnem impuritatem depoſuerint; deinde ſiccentur, & reponantur.

## MARGARITARVM PRÆPARATIO VULGARIS.

MArgaritæ in mortario ex chalybe, vel ex ferro fuſo, comminuantur, & in pollinem tenuiſſimum redigantur, tantillo interim aquæ Roſaceæ affuſo, ne partes ſubtiliores auolent, & ita ſecuriùs conſeruantur, ne earum virtus exhalatione abſumatur.

## MILLEPEDVM PRÆPARATIO.

℞ Millepedum q. v. abluito diligenter Vino albo generoſo, mox in ollam conijcito nouam vitro obductam, ac poſteà in furno exiccentur, vt poſsint in puluerem redigi.

OESY-

## OESYPVM FACIENDI MODVS.

LAnæ ſuccidæ, hoc eſt, nondum purgatæ, quæ ex collo, coxis, & alis ouium defatigatarum fuerit detonſa, affundatur aqua feruens pluries, & lauetur diligenter quouſque omnem pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſteà expreſſa lana ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo in aliud diutiſsimè ex alto fundatur, & refundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma ſinatur ſubſidere, & colligatur aquæ innatans pinguedo, iterumque aqua vt priùs refundatur, donec ſpumet, ac innatans pinguedo auferatur, quod tam diù fiat, donec non ampliùs appareat ſpuma, & nulla ſuper aquam concreſcat pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma, in aqua purâ manu ſubigendo laua, ſordeſque immixtas, ſæpiùs immutando aquam, aufer, donec aqua pura effluat, & pinguedo linguæ admota non mordeat, deinde reponatur in fictili denſo, & mundo, in loco frigido.

## PLVMBVM ELOTVM.

*DIOSCORID. l. 5. c. 95.* 55

AQua in plumbeum mortariũ iniecta, piſtillo plumbeo laborioſè agitetur, dum nigreſcat, & limi modo craſſeſcat lutulenta. Linteolo dein coletur, aquâ ſuperaffusâ, vt quicquid diſſolutum incernatur. Id repete, dum ſit ſatis. Lotum vbi ſubſederit, effusâ priore aquâ, & affusâ nouâ lauetur vt Cadmeia, 210 nigrities dum extet nulla. Demùm in paſtillos efformatum reponatur. Modos ex illo alios non addimus, quòd iſto hodiè vtantur alij, (Norimbergenſes.)

Supra pag: 148.

## PLVMBVM VSTVM,

*DIOSCOR. l. 5. c. 96.* 56

TEnuiſsimas in Plumbi laminas, recente ſtratas fictili, Sulphur inſpergito; & laminis adiectis alijs, ſed interiecto nouo Sulphure, & rursùm alijs, donec vas impleatur, ignem ſuccendito. Flagrante Plumbo, rude ferreâ verſato, prorsùs in cinerem dum redigatur, & Plumbi vſtum nihil adhæſerit. Occluſis demùm naribus eximito, ne Sulphuris aut Plumbi halitus ſit noxius. Hinc vt Ceruſſam elue. Ibidem, & aliter, præſcribit

bit idem; ſed ſic, qui vrunt hâc ætate. Supra 148 vnguenti è Plumbo

## PLVMBI CRVDI PVLVIS. *FERN.* meth. 6. c. 16. f.

PLumbum in tenuiſſimas ducatur laminas : hæ concidantur minutiſſimè, acerrimo aceto immergantur, per triduum aceto indies mutato macerentur : exemptæ, & citrà vſtionem igne ſiccatæ, terantur in mortario laborioſè : in puluerem ſic tenuiſſimum læuiſſimumque redigantur, puluis vſui reſeruetur.

## PVLMONVM VULPIS PRÆPARATIO.

PVlmones Vulpis recentes, exemptâ priùs aſperâ arteriâ, vino albo cui Hyſſopus & Scabioſa priùs incoctæ, diligenter laua, deinde in furno temperatè calido ſicca, ità tamen vt non comburantur, poſtea reponantur inuoluti Abſinthio, Marrubio, vel Hyſſopo ſiccis.

## SIMPLEX PRÆPARATIO SCAMMONII.

℞ SCammonij, electi, lacteſcentis, in puluerem redacti libram vnam.

Succi Cydoniorum vncias octo.

Commiſceantur, & poſt macerationem viginti quatuor horarum, lento calore humiditas euaporetur, reſiduum ſeruetur ad vſum. 2ª.

Vel Puluis Scammonij imponi ſolet in Cydonia excauata, quæ poſteà paſtâ circumlinuntur, & in furno, vel ſub cineribus aſſantur ſ. a. & poſteà eximatur Scammonium, & ſeruetur ad vſum.

## SCAMMONII 3ª.

℞ SCammonij puluerizati vncias quatuor.

Imponantur in phialam vitream, addendo Succi Cydoniorũ depurati tantum, vt ſupernatet tribus digitis vel quatuor. Stet in Balneo calido, donec lacteſcat : ſeparetur liquor per inclinationem, & repetatur ſuccus alius toties donec ampliùs non lacteſcit. Sinatur hic liquor reſidere, & reponatur reſidentia in fictile vitreatum, & ſtet in Sole vel ſtupha.

## SCILLÆ PRÆPARATIO AD TROCHISCOS. non multùm abſimile pag. 121. col. 2.

℞ SCillam magnam recentem abiectis eius exterioribus ari-

 dis,

dis tunicis, inuolue paſtæ panis, & aſſato eam in furno cum panibus, donec panes percocti fuerint. Hinc è furno exime Scillam, & ſigillatim omnes tunicas detrahe, & funiculo traiectas (vt ſe inuicem tunicæ non contingant) in calido loco exiccato, ſeruatoque; abijciatur verò medium Scillæ cor, vnde germen enaſci ſolet. Illud etiam obſeruandum eſt, Scillam non eſſe incidendam ferreo cultro, ſed ligneo, oſseo, aut eburneo; nam contrahit à ferro venenoſam quandam rubiginé. Ad Acetum & Vinum rectiùs præparetur, laminas ſeparando, & exiccando in vmbra.

## TEREBINTHINÆ COQVENDÆ MODVS.

℞ TErebinthinæ Venetæ librá vnam: cui affundatur aquę ſatis magna quantitas, (ſcilicet libræ viginti quatuor,) in qua tam diù coquatur, donec odorem amittat; inſpiſsetur, indureſcat, & Reſinæ modo friabilis fiat, vitri modo diſſiliat, & albida inter coquendum agitando euadat.

## TVTIÆ PRÆPARATIO.

TVtia Arabum, ſeu Græcorum Cadmia ter ſaltem in crucibulo candefacta, aquâ Roſarum toties extincta, demùm læuigata, linteo mundo incluſa, in vaſe aquâ limpidâ pleno, huc illuc ducatur & agitetur, vt eius tenuior & vtilior pars in aquá effluat; impurior & craſſior in linteo remaneat: reſidere permittatur, & aqua effundatur, atque aliâ denuò affusâ, idem opus repetatur, donec in linteo nihil vtile remaneat, &c.

## MERCVRIVS DVLCIS 2.

Add. pag. 194.

℞ Mercurij crudi ex Sale marino per retortam pulſi, vel ex Cinnabari vulgari reviuificati, partem vnam, Aquæ fortis (ex partibus duabus Vitrioli calcinati, & parte vna Salis Petræ deſiccati paratæ) partes duas: fiat diſsolutio in phiala ſuper cineribus tepidulis: Paretur muria ex aqua pluuia, & ſalis marini tanta quantitate, quantam ipſa aqua poterit diſsoluere, filtretur, vel per chartam emporeticam agatur: In hanc muriam, quæ ouum immiſsum ſuſtineat, effundatur Mercurij ſolutio: Ilicò præcipitabitur puluis albus, ad inſipiditatem abluendus aquâ pluuiâ tepidulâ, deinde etiam aquis cardiacis, & recondendus poſt exiccationem vaſe vitreo.

INDEX

# INDEX COMPOSITORVM.


A.

Abſinthij { Aquæ compoſitæ. 4
Abſinthij { Oleum Chymicum. 185

Acaciæ Subſtitut. 48

Acetum Anthoſatum. 17

Acetum Calendulatum. 17

Acetum Caryophyllatum Tunicæ. 17

Acetum Diſtillatum. 17

Acetum Roſaceum *Meſ.* 17

Acetum Saluiatum. 17

Acetum Sambucinum *Meſ.* 17

Acetum Scilliticum *Meſ.* 17

Acetum Theriacale *Norimb.* 18

Acetum Theriacale. 18

Æris Vſtio. 203

Agaricus Trochiſcatus. 125

Aloe Roſata. 103

Aloen abluendi modus. 203

Antidotus Analeptica *Fern.* 75

Antidotus magna Matthioli. 82

Antimonij Oleum. 188

Antimonij Vitrum. 196

Antiſpodij Præparatio. 203

Aquæ Simpliciores. 1,2,3

Aqua Aluminis Magiſtralis *Fal.* 14

Aqua Angelicæ magis compoſita. 4

Aqua Antepileptica Langij. 8

Aqua Bezoartica breuis Langij. 5

Aqua Caponis. 5

Aqua Cinnamomi. 6

Aqua Cinnamomi Clareta. 6

Aqua Cinnamomi Matthioli. 6

Aqua Cœleſtis Matthioli. 6

Aqua Compoſita. 13

Aqua Cordialis. 7

Aqua Cordialis Frigida Saxoniæ. 8

Aqua Fortis. 14 210

Aqua Hyſterica cum Extracto. 9

Aqua Imperialis. 9

Aqua Meliſſæ magis compoſita. 10

Aqua Mellis. 10

Aqua Mirabilis. 10

Aqua Protheriacalis. 11

Aqua Roris Solis vulgò Roſa Solis. 11

Aqua Doctoris *Stephani.* 11

Aqua Theriacalis Lugdunenſis. 12

Aqua Theriacalis Stillatitia. 12

Aqua Vitæ 13

Aqua Vſquebach. 13

Aromaticum Caryophyllatum. 59

Aromaticum Roſatum. 59

Arſenici Oleum. 189

Acetum radicatum 194

Athanaſia Mithridatis è *Galeno.* 77

B.

Balſami Oleum. Concil. 188

Balſamum Magiſtrale Florent. 137

Benedicta Laxatiua. 91

Boli Armeni Præparatio. 204

Bryoniæ Fæcula. 204

Butyrum Maiale. 204

C.

Calcis viuæ ablutio. 204

Cancrorum fluuiatilium Vſtio. 204

Caryocoſtinum. *Bayr: è Gal.* 91

Caſſia extracta pro Clyſteribus *Aug.* 91

Caſſia extracta cum folijs Sennæ. 93

Caſſia extracta ſine folijs Sennæ. 93

Catagmaticum *Renodæi.* 166

Catagmaticum *Vigonis.* 165

Caules Conditæ. 53

Ceratum Ammoniacum. 182

Ceratum de Galbano. 182

Ceratum Oeſypatum. *Gal.* 182

Ceratum Santalinum. 182

Ceratum Stomachicum. 183

Chalybis limaturæ præparatio. 205

Chalybs præparatus per Inſolationem. 191

Chalybs præparatus per Vſtionem. 191

Confectio Alkermes. 76

Confectio Hamech *Meſ.* 96

Confectio Humain. *Meſ.* 101

Confectio de Hyacintho. 79

Confectio Liberans. 69

Conſeruæ Florum. 55

Conſeruæ & Sacchara. 55

Coralliorum Præparatio. 205

Coriandrorum Præparatio. 205

Cornu Ceruini Vſtio. 204

Cortices conditi. 53

Cremor ſiue Sal Tartari. 191

Crocomagma *Damocratis.* 120

Crocus Martis. 192

Crocus Metallorum. 192

Cymini Præparatio. 205

D.

Decoctum Carminatiuum. 19

Decoctum Commune pro Clyſtere. 19

Decoctum Commune pro medicina. 19

Decoctum Epithymi *Meſ.* 19

Decoctum Florum & Fructuum. 20

Decoctum Pectorale. 20

Decoctum Sennæ *Gereonis.* 20

Diacalaminthes compoſ: *Fern.* 61

Diacalaminthes ſimplex. *Gal.* 61


Diacapparis

Diacapparis Gilberti. 77
Diacarthamum ſeu Diacnicum Arnoldi. 93
Diacaryon ſeu Dianucum Galeni. 42
Diacaſſia cum Manna. 92
Diacatholicon, Nicolai. 95
Diachylon Compoſitum. 169
Diachylon Ireatum. 168
Diachylon Magnum, Meſ. 168
Diachylon Magnum cum Gummi. 169
Diachylon Simplex, Meſ. 168
Diacinnamomu. 77
Diacodium Galeni. 42
Diacodium Solidum ſiue Tabulatum. 56
Diacodium. 29
Diacorallion vſuale Colon: 77
Diacorum Meſ. 78
Diacrocuma ſiue Species Elect: de Croco. 95
Diacydonium Galeni cum ſpeciebus. 79
Diacydonium Londinenſe Compoſ: 79
Diacydonium Simplex. 78
Diacyminum Nicolai. 62
Diagalanga Meſ. 62
Diaireos Salomonis Nic. 80
Diaireos Simplex, Nic. 63
Dialacca Meſ. 64
Diamargaritôn calidum, Auicen. 64
Diamargaritôn frigidum, Nicol. 64
Diambra Meſ. 65
Diamoron Nicolai. 43
Diamoſchu amarum, Meſ. 66
Diamoſchu dulce Meſ. 65
Dianiſum. 61
Dianthon Nicolai. 66
Diapalma ſeu Diachalciteos. 169
Diapenidion Nicol. 66
Diaphœnicon calidum Meſ. 170
Diaphœnicon frigidum Meſ. 170
Diaphœnicon, Meſ. iuxta Fern. 93
Diaprunum Simplex, Nicol. 94
Diaprunum Solutiuum. 94
Diarhodon Abbatis. 67
Diaſatyrion Nicolai. 80
Diaſatyrion magis gratum. 81
Diaſcordium, Fracaſtorij. 85
Diatragacanthum Frigidum, Nic. 67
Diatrion Pipereon Galeni. 68
Diatrion Santalon, Nicolai. 68
Diaturbith cum Rhabarbaro. 74
Diaturbith maius ſine Rhabarbaro. 74
Dioſpoliticum. 67

E.

Eboris Vſtio in Antiſpodium. 203
Elaterij Præparatio. 205
Electuarium amarum magiſtrale. 92
Elect. amarum minus. 92
Elect. de Baccis Lauri. 76
Elect: de Scoria ferri Rhasis 78
Elect. de Citro Solutiuum. 95
Elect. Diaſpermatón. 81
Elect. Eleſcoph, Meſ. 96
Elect. Indum minus. 97
Elect. Lenitiuum. 97
Elect. de Ouo Maxim. 87
Elect. Paſſulatum. 97
Elect. Pectorale. 81
Elect. Reginæ Colon. 98
Elect. Reſumptiuum. 75
Elect. è Succo Roſarum. 98
Emplaſtrum Album Coctũ de Ceruſa. 163
Emplaſt. ex Ammoniaco. 163
Emplaſt. de Baccis Lauri. 164
Emplaſt. Barbarum magnum. 164
Emplaſt. de Betonica. 164
Emplaſt. Cephalicum. 167
Emplaſt. Cæſaris. 165
Emplaſt. Ceroma ſeu Ceroneum. 167
Emplaſt. de Cruſta Panis. 168
Emplaſt. è Cymino. Diachylon 168
Emplaſt. Diuinum, Nicol. 171
Emplaſt. Flos Vnguentorum. 183
Emplaſt. Gratia Dei. 171
Emplaſt. Griſeũ de Lapide Calaminari. 172
Emplaſt. de Gummi Elemi. 171
Emplaſt. ad Herniam, Fernel. 172
Emplaſt. Hyſtericum. 173
Emplaſt. de Ianua. 173
Emplaſt. Iſis Epigoni. 175
Emplaſt. de Maſtiche, Nic: Alex. 175
Emplaſt. de Maſtiche, Renod. 173
Emplaſt. Μητροσεγχυτικόν. 176
Emplaſt. de Meliloto. 174
Emplaſt. de Minio compoſ. 174
Emplaſt. de Minio ſimp. Lond. 175
Emplaſt. Neruinum, Vigonis. 177
Emplaſt. Nigrum, Aug. Stichpflaſter. 176
Emplaſt. Oxycroceum, Vig. 202
Emplaſt. Oxycroceum, Nic. 177
Emplaſt. de Ranis, Vigonis. 178
Emplaſt. Sanctum Andr. à Cruce. 179
Emplaſt. ſine Pari Anonymi. 180
Emplaſt. Σπαρανῖον. 179
Emplaſt. Stomachicum. 180
Emplaſt. Stomachicum Magiſt. 181
Eſulæ Radicis Præparatio. 205
Euphorbij Præparatio. 206
Extracta conficiendi ratio. 197
Extractum Antepilepticum. 9
Extractum Hyſtericum. 9
Extractum Theriacale. 13

F.

è Ferri Scoria Electuarium. 78
Flores conditi. 53
Florum Conſeruæ. 55

Flores Sulphuris. 192
Flos Vnguentorum. 183
Fructus conditi. 53
G.
Gallia Moſchata, Meſ. 117
Gerſæ Serpentariæ conficiendæ modus. 206
H.
Hæmoptoici Paſtilli. 124
Hedychroon Androm. 187
Hellebori nigri Præparatio. 206
Hiera cum Agarico. 99
Hiera Logadij. 99
Hiera Pachij, Nicol. Alex. 99
Hiera Picra ſimplex. 98
Hircini Sanguinis Præparatio. 206
Hirundinum Vſtio. 206
Hyſtericum Emplaſtrum. 173
Hyſtericum Extractum. 9
I.
Iulapium Alexandrinum. 26
Iulepum Roſatum. 26
Iulepum Violatum, Meſ. 26
L.
Laccæ Præparatio. 207
Lac Virgineum. 21
Lapidis Lazuli Præparatio. 207
Lapis Infernalis Septicus. 193
Lapis Prunellæ. 193
Laudanum. 112
Lætificans Galeno adſcriptus. 69
Linimentum Arcei. 143
Linimentum ſimplex Placent. 147
Lithontribon Nic. 70
Liquor Tartari. 190
Lohoch è Caulibus. 49
Lohoch de Papauare, Meſ. 49
Lohoch è Paſſulis. Aug. 50
Lohoch è Pino, Meſ. 50
Lohoch è Pulmone Vulpis. 50
Lohoch Sanum & expertum. 51
Lumbicorum præparatio. 207
M.
Magiſterium Perlarum & Coralliorum & inde Sales. 193
Manus Chriſti ad Lumbricos. 56
Manus Chriſti ſimplex & Perlata. 56
Margaritarum Præparatio. 207
Mel Anacardinum Azarauij. 46
Mel Anthoſatum, Meſ. 43
Mel Emblicarum, Aug. 46
Mel è Mercuriali. 43
Mel Paſſularum, Nic. 43
Mel Roſarum Nicolai. 43
Mel Roſarum commune. 43
Mel Roſarum ſolutiuum. 44
Mel Violarum.
Menſuræ & Pondera. 201
Mercurius Dulcis. 194
Mercurius Dulcis ſecundus. 210
Mercurius Vitæ. 194
Micleta Nic. 81
Millepedum Præparatio. 207
Mithridatium Damocratis. 85
Miua Cydoniorum, Meſ. 48
N.
Nepenthes Opiatum. 169
Nutritum ſeu Crudum. 147
O.
Oeſypum faciendi modus. 208
Oleum Abſinthij Chym. 185
Oleum Abſinthites. 130
Oleum Amygdalarum amararum. 127
Oleum Amygdalarum dulcium. 127
Oleum Anethinum. 130
Oleum Sem. Anethi Chym. 185
Oleum Antimonij. 188
Oleum Aparicij Benedictum. 134
Olea ex Aromatibus. 186
Oleum Arſenici. 189
Oleum Auellanarum. 127
Oleum Balſami. 188
Oleum ex Baccis Iuniperi. 186
Oleum de Capparibus. 134
Oleum de Caſtoreo. 130
Oleum de Caſtoreo Iac: de Manlijs. 135
Oleum Ceræ Chymicum. 187
Oleum Chamæmelinum. 130
Oleum Cheirinum. 130
Oleum Cinnamomi Chym. 186
Olea ex Corticibus. 186
Oleum Coſtinum Meſ. 135
Oleum Crocinum, Meſ. 135
Oleum Cydoniorum. 130
Oleum Enulatum. 130
Oleum Euphorbij. 130
Oleum de Euphorbio compoſ. 136
Oleum Exceſtrenſe vulgò Exceter. 136
Oleum Formicarum, Nic. 130
Oleum ex Guaiaco Chym. 187
Oleum Hirundinum. 137
Oleum Hyperici. 131
Oleum Hyperici compoſ. 137
Oleum Iaſminum. 131
Oleum Irinum. 131
Oleum Irinum compoſ. 137
Oleum Latericium Philoſop. 131
Oleum Laurinum, Meſ. 129
Oleum Chymic. ex ligno Saſſafras. 187
Oleum Liguſtrinum. 131
Oleum Liliorum alborum. 131
Oleum Lumbricorum. 132
Oleum Maioranæ compoſ. 138

Oleum Mandragoræ, Nicolai. 138
Oleum Maſtichinum. 132
Oleum Menthæ. 132
Oleum Moſchelinum. 138
Oleum Myrrhæ Chym. 187
Oleum Myrrhæ. 132
Oleum Myrtillorum. 132
Oleum Narciſſinum. 132
Oleum Nardinum, Meſ. 132
Oleum Nardinum Simplex. 132
Oleum Nenupharinum. 133
Oleum Nicodemi. Fallop. 139
Oleum Nicotianæ. 139
Oleum ex Nucleis. 128
Oleum Oliuarum commune. 129
Oleum Oliuarum Omphacinum. 129
Oleum Papaueris. 133
Oleum de Piperibus, Meſ. 140
Oleum Populneum, Nic. 140
Oleum Roſatum Completum. 130
Oleum Roſaceum Omphacinum. 129
Oleum Rutaceum Simplex. 133
Oleum Sabinæ. 133
Oleum Salis. 189
Oleum Sambucinum. 133
Oleum Scorpionum ſimplex. 133
Oleum ex Seminibus. 128
Oleum Sicyonium. 133
Oleum Solani. 133
Oleum de Styrace. 133
Oleum Succini. 189
Oleum Sulphuris. 190
Oleum Tartari. 190
Oleum Terebinthinæ. 187
Oleum Thuris. 188
Oleum Verbenaceum. 133
Oleum Violaceum. 133
Oleum ex vitellis Ouorum. 129
Oleum Vitrioli. 190
Oleum Vulpinum, Meſ. 140
Oxycroceum Vigonis. 202
Oxymel compoſ. Meſ. 44
Oxymel Elleboratum, Geſn. 44
Oxymel Iulianizans. 45
Oxymel Scilliticum Democratis. 46
Oxymel Scilliticum ſimplex. 46
Oxymel Simplex, Meſ. 44
Oxyſaccharum Simplex, Nic. 26

P.

Paſtilli Andronis, Galen. 119
Penidia. 57
Philonium Perſicum, Meſ. 86
Philonium Romanum, Nicol. 87
Pilulæ de Agarico. 106
Pilulæ Aggregatiuæ ſiue Polychreſtæ. 106
Pilulæ Alephanginæ. 103
Pilulæ de Aloe Lota. 104
Pilulæ Arabicæ, Nic. 107
Pilulæ Arthriticæ. 107
Pilulæ Aſſaiereth, Nicolai. 104
Pilulæ Aureæ. 107
Pilulæ de Bdellio, Meſ. 104
Pilulæ Cochiæ, Rhaſis. 108
Pilulæ de Cynogloſſo. 112
Pilulæ ex Eſula. 111
Pilulæ ex Eupatorio, Meſ. 104
Pilulæ ex Euphorbio, Meſ. 111
Pilulæ Fœtidæ maiores. 108
Pilulæ de Fumaria, Auicen. 108
Pilulæ de Hermodactylis mai. 108
Pilulæ de Hiera cum Agarico. 104
Pilulæ Imperiales, Fernel. 105
Pilulæ Indæ, Meſ. ex Haly. 109
Pilulæ de Lapide Lazuli. 109
Pilulæ Lucis Maiores, Meſ. 109
Pilulæ Maſtichinæ, Fernel. 105
Pilulæ Mechoacanæ, Renod. 110
Pilulæ de Opopanace, Meſ. 111
Pilulæ Peſtilentialis, Ruffi. 105
Pilulæ de Rhabarbaro. 105
Pilulæ Scribonij. 112
Pilulæ ſine quibus eſſe nolo. 110
Pilulæ Stomachicæ, Meſ. 105
Pilulæ è Styrace, Meſ. 112
Pilulæ de Succino. 105
Pilulæ ex Tribus, Fern. 106
Pilulæ Turpeti Aureæ. 111
Pleres Archonticon. 71
Plumbi crudi puluis, Fern. 209
Plumbum Elotum. 208
Plumbum Vſtum. 208
Pomatum ſeu Seuum Confectum. 148
Pondera. 201
Poſca. 46
Potio Vulneraria. 22
Preſeruatiuus à Peſte Cardiacus, Fern. 71
Pulmonum Vulpis Præparatio. 209
Pulpæ Conditæ. 54
Puluis Cardiacus, Fern. 60
Puluis ad Contuſos ex caſu. 60
Puluis Haly. 68
Puluis ad Hæmorrhagiam. 73
Puluis ad Lumbricos. 56 74
Puluis Palmarij. 70
Puluis præſeruat: à Peſte, Montag. 72
Puluis Saxonicus. 70
Puluis ad Scabiem. 73
Puluis Radulphi Holland. 73
Puluis Sanctus. 73
Puluis Sennæ. 74

R.

Radices Conditæ. 54

Requies Nicolai. 88
Rob ſiue Sapa ſimpliciter. 47
Rob de Berberis. 47
Rob de Cornis. 47
Rob Cydoniorum. 47
Rob Prunorum acidorum. 48
Rob de Ribes. 48
Roſata Nouella. 72
Rotulæ Pectorales. 114

S.

Saccharum Roſatum. 57
Saccharum Saturni. 194
Salium conficiendorum modus. 199
Sal Coralliorum. 193
Sal Fixus ſiue Elementalis. 200
Sal Perlarum. 193
Sal Vitrioli. 195
Sal Volatilis ſiue Eſſentialis. 199
Sanguinis Hirci præparatio. 206
Sapæ. 47
Scammonij Præparatio. 209
Scillæ præp: ad Trochiſcos. 209
Semina Condita. 54
Sief de Plumbo, Meſ. 124
Sief de Thure, Rhaſis. 125
Sparadrapum, ſeu Tela Galteri. 179
Species Cordiales temperatæ. 60
Spec: Elect: de Gemmis calidi. 62
Spec: Elect: de Gemmis frigidi. 63
Spiritus Caſtorei. 13
Stictieum Paracelſi. 180
Succus Prunellorum. 48
Succus Glycyrrhizæ. 48
Syrupus de Abſinthio, Meſ. 31
Syrup. Acetoſus compoſitus. 23
Syrup. Acetoſus ſimplex, Meſ. 23
Syrup. Acetoſus ſimplex Londin: 23
Syrup. Acetoſitatis Citri. 24
Syrup. de Althęa, Fernel. 32
Syrup. de Artemiſia, Mat: de Grad: 32
Syrup. Auguſtanus, vel de Rhabarbaro Auguſtanorum. 33
Syrup. de Betonica compoſitus. 24
Syrup. de Betonica ſimplex. 24
Syrup. Bizantinus compoſitus. 25
Syrup. Bizantinus ſimplex. 25
Syrup. Capillorum Veneris. Meſ. 27
Syrup. de Cichorio cum Rhabarbaro. 34
Syrup. de Cinnamomo. 27
Syrup. è Corallijs compoſitus. 27
Syrup. è Corallijs ſimplex. 27
Syrup. de Corticibus Citri, Meſ. 28
Syrup. Cydoniorum. 25
Syrup. de Epithymo, Meſ. 34
Syrup. de Eupatorio, Meſ. 35
Syrup. ex Floribus Perſicorum. 30
Syrup. Florum Nymphęæ compoſitus. 29
Syrup. Florum Nymphęæ ſimplex. 28
Syrup. de Fumaria compoſitus, Fern. 25
Syrup. è Glycyrrhiza. 35
Syrup. de Hyſſopo, Meſ. 36
Syrup. Infuſionis flor. Caryophyllorum. 28
Syrup. ex Iua Arthritica. 36
Syrup. Iuiubinus, Meſ. 36
Syrup. Magiſtralis ad Melancholiam. 37
Syrup. de Meconio. Meſ. 29
Syrup. Meliſſophylli. 38
Syrup. de Mentha maior. 38
Syrup. Myrtinus, Nicolai. 38
Syrup. è Papauere. 29
Syrup. de Papauere compoſitus. 29
Syrup. de Papauere Erratico. 30
Syrup. de Pomis, Fern 39
Syrup. de Pomis Regis Saporis. 39
Syrup. de Portulaca, Meſ. 26
Syrup. de Praſſio, Meſ. 39
Syrup. de Quinque Radicibus. 40
Syrup. Raphani, Fern. 40
Syrup. Roſaceus ſolutiuus, Meſ. 30
Syrup. Roſaceus ſolutiuus cum Agarico. 30
Syrup. Roſac. ſolut. Helleboratus. 31
Syrup. Roſac. ſolut. ſine Helleboro. 33
Syrup. de Roſis ſiccis, Meſ. 30
Syrup. Scabioſæ compoſ: Magiſtralis. 41
Syrup. de Scolopendrio, Fern. 41
Syrup. de Stœchade, Meſ. 41
Syrup. de Symphyto. 42
Syrup. de Tuſſilagine compoſitus. 26
Syrup. Violarum. 31

T.

Tapſimel. 161
Tapſivalentia Ioh: Ardern. 160
Tartari Liquor. 190
Tartari Oleum. 190
Tartarum Vitriolatum. 196
Terebinthinæ coquendæ modus. 210
Theriaca Andromachi. 88
Theriaca Diateſſaron. 82
Theriaca Londinenſis. 90
Trochiſci de Abſinthio, Meſ. 113
Trochiſci de Agarico. 125
Trochiſci albi, Rhaſis. 123
Trochiſci Alexiterij, Renod. 113
Trochiſci Alhandal, Meſ. 125
Trochiſci Aliptæ Moſchatæ. 114
Trochiſci Alkekengi. 123
Trochiſci de Aniſo, Meſ. 114
Trochiſci Bechici albi, vel Rotulæ pectorales. 114
Trochiſci Bechici nigri Rhaſis. 114
Trochiſci de Berberis. Meſ. 115
Trochiſci de Camphora, Meſ. 115

Trochiſci de Capparibus, Meſ. 115
Trochiſci de Carabe, Meſ. 123
Trochiſci Cypheos, Damocratis. 116
Trochiſci Diacoralliu. 124
Trochiſci Diarhodon, Meſ. 116
Trochiſci Diaſpermatôn. 124
Trochiſci de Eupatorio, Meſ. 116
Trochiſci de Gallia Moſchata. 117
Trochiſci Gordonij. 117
Trochiſci Hedychroi, Androm: 117
Trochiſci Hyſterici, Renod. 118
Trochiſci de Lacca, Meſ. 118
Trochiſci de Ligno Aloes, Meſ. 120
Trochiſci Muſæ, Galen. 120
Trochiſci è Myrrha Rhaſis. 119
Trochiſci Polyidæ, Sphragis. 119
Trochiſci Ramich, Meſ. 120
Trochiſci de Rhabarbaro, Meſ. 126
Trochiſci de Roſis, Meſ. 121
Trochiſci de Santalis maiores. 122
Trochiſci de Scilla, Galeni. 121
Trochiſci de Spodio, Meſ: 121
Trochiſci è Succino. 125
Trochiſci de Terra Lemnia. 118
Trochiſci è Violis ſolutiu. 126
Trochiſci de Vipera. 122
Trochiſci Viticis ſiue Agni Caſti. 122
Tryphera minor, Meſ. 100
Tryphera Solutiua, Renod. 100
Turbith minerale. 195
Tutiæ Præparatio. 210

V.

Valentia Scabioſa Ioh: Ardern, 159
Vinum Abſinthites. 15
Vinum Anthoſatum. 15
Vinum Scilliticum. 15
Vnguentum Adſtringens. 149
Vng. Ægyptiacum, Meſ. 143
Vng. Agrippæ Nicolai. 150
Vng. de Alabaſtro. 150
Vng. Album Rhaſis. 143
Vng. Anodynum ex Cordo. 143
Vng: Nutritũ : Crudum : 147
e Litargyro ſeu tripharmacũ
Vng. Apoſtolorum. 150
Vng. è ſuccis Aperitiuis primum Fœſij. 151
ſecundum Fœſij. 152
Vng. Aregon Nicolai. 151
Vng. de Artanita maius. 152
Vng. Aureum, Meſ. 144
Vng. Baſilicon maius. 144
Vng. Baſilicon minus. 144
Vng. ex Bdellio, Meſ. 144
Vng. de Calce Fœſij. 145
Vng. Catapſoras. 153
Vng. Citrinum ſeu Citrium. 153
Vng. Comitiſſæ Varign. 154
Vng. Dialthęæ compoſ. 145
Vng. Dialthęæ ſimplex. 145
Vng. Diapompholygos Nihili. 146
Vng. Enulatum. 145
Vng. ad Hæmorrhoidas, Nor. 154
Vng. Hæmorrhoidale Saxon. 208
Vng. Laurinum vulgare. 155
Vng. ad Lumbricos. 161
Vng. Martiatum. 155
Vng. de Minio. 146
Vng. Mundificatiuum ex Apio. 156
Vng. Neapolitanum. 156
Vng. Neruinum. 157
Vng. Nicotianæ. 147
Vng. Ophthalmicum, Renod. 147
Vng. Pectorale, Nicolai. 157
Vng. è Plumbo. 148
Vng. Populneum Nicolai. 157
Vng. Potabile ex Fœſ. 148
Vng. Refrigerans Gal. 146
Vng. Reſinum. 157
Vng. Reſumptiuum. 158
Vng. Roſatum, Meſ. 149
Vng. Rubrum Deſiccat: 149
Vng. ad pruritum Scabioſorum. 148
Vng. Splenicum. 158
Vng. Splenicum Magiſtrale. 159
Vng. Stomachicum Norimb. 161
Vng. Tutiæ vulgare. 149
ex floribus Aurantioru͂ 159


## EPILOGVS.

*EDimus iam ſecundo partu, ſecundo magis euentu,* Pharmacopœiam Londinenſem. *NOS (inquam) edimus. Nam priorem illam informem, deformem, feſtinans Typographus, dicemus edidit? immò veriùs protruſit in lucem. Sicut calore æſtuans iecur, crudum adhuc alimentum auidâ quâdam fame rapit à ventriculo: Sic ille è manibus noſtris hoc opuſculum adhuc impolitum, ſurripuit, inconſulto, immò tunc abſente Præſide, & procul ab Vrbe auocato, qui illi limando poliendoq́; potiſſimùm inuigilauit. Qui poſt reditum indignè ferens illud tot mendis & erroribus conſpurcatum, tot detruncatis & deperditis membris mutilum & maucum, in publicum prorepſiſſe, conuocatis ad ſe Collegis, totum opus quâ potuit diligentiâ, ad incudem denuò reuocauit; ſecundamq́; editionem maturauit: quæ nunc demùm in lucem prodit à mendis purior, remedijs locupletior: quæ & fœlicior eſt futura, ſi illam candor tuus & frons benigna cohoneſtent.*

FINIS.

PHARMACOPOEIAS, London,
Royal College of Physicians.
Pharmacopoeia Londinensis
[2nd edition]
London, 1618.

The first edition, produced earlier in the same year, was found unsatisfactory and suppressed

Telephone:
LANGHAM 1043.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON,
11, CHANDOS STREET,
CAVENDISH SQUARE, W.1.

Epilogue to this Edition

We publish the London Pharmacopoeia at a second birth, or rather a second appearance. For, of that ill-formed and deformed former one, shall we say that the hasty Printer published it? more truly, indeed he brought it to light. As the liver, glowing with heat, seizes the crude food with a certain hungry greed from the stomach, so he filched from our hands this work, still unpolished, without awaiting and indeed in the absence of the President (called away to a distance from the City), who gave the greatest care to filing and polishing it. When he returned, indignant that it had appeared in public defiled by so many mistakes and errors and mutilated and maimed by severed and lost limbs, he called his Colleagues together and with all possible diligence passed the whole work over the anvil, and brought to maturity the second edition, which now at length comes to light free from mistakes and more copious in remedies: its future will be the happier if your kindness and benevolent countenance honour it

Herbert R. Spencer

July 3. 1929